DISSERTATIO

JURIDICO-POLITICA FEUDALIS,

DE PERSONIS AD FEUDA IDONEIS,

QUAM

Divinâ favente clementiâ

Autoritate & conſenſu Magnifici & Ampliſſimi JCtorum Ordinis in celeberrima Academia JENENSI

PRÆSIDE

Viro Ampliſſimo & Conſultiſſimo

Dn. OSWALDO HILLIGERO

JCto celeberrimo, Profeſſore publico, & Scabinatus inibi Adſeſſore digniſſimo.

Publicè ventilandam proponit

JOHANNES WOLFFIUS

HEILBRUNNENSIS.

In Auditorio JCtorum

Ad diem 8. Maii.

CMA

JENÆ

TYPIS JOHANNIS BEITHMANNI,

ANNO clↃ IↃCXVIII.

ILLUSTRISSIMO, CELSISSIMOQ;
PRINCIPI AC DOMINO

Dn. GEORGIO FRIDERICO, MARCHIONI BADENSI ET HACHBERGENSI,

Landtgravio in Suſenberg/ Dynaſtæ in Rôteln & Badenweiler/

DOMINO ſuo clementiſſimo.

Diſputationem hanc Feudalem

In debitæ ſubjectionis teſtimonium; ſymbolum obſervantiæ debitâ quâ par eſt humilitate atq; obſervantiâ

Offert & conſecrat, ſe ſuaq; humilimè commendat

JOHANNES WOLFFIUS
A. & R.

CUM DEO.

THESIS I.

QVia ordinis (a) *vocabulorumq́; habenda cura maxima* (b) *omnisq́; ambiguitas omni in rerum conſideratione primum tollenda*, (c) *utile imò neceſſarium putavi, ſi in diſputationis hujus frontiſpicio ad exempla JCtorum* (d) *explicarem, quid Feudiſtis ſit perſona* (e) *dans* (f) *feudum & [illegible]*

(a) Qu[illegible]t confuſio *Ang. ad l. 1. §. nunc vi*[illegible] Ordo enim cuncta diſponit, *Ba*[illegible] *de pr*[illegible] *pag*[illegible] *Borcb. de feud. in Proœm. n. 1.* & [illegible] equum frenare per caudam. *Waremund. de Erenberg. de Fœderibus lib. 1. f. 97. Ventur. de Valent. in Parthen. Litigioſo lib. 1. c. 15. n. 4.* (b) *Gædd. in comment. de V. S. ad rubr.* Omnis enim doctrina ſive inſtructiva ſive reformativa à vocabulorum cognitione & definitione incipit. *Ariſt. lib. 1. de cœlo c. 11. & lib. 2. Soph. Elench. c. 2. Bl. in inlibertinum. n. 5. C. de oper. liber.* Turpe quippe differenti eſt prius determinare rem ipſam, quàm terminos percipere, cum hoc pacto poſſimus ſignificata diſtinguere, ne in æquivoco procedamus. *Angel. conſil. 110.* Et neglectus vocabulorum rerum parit incertitudinem, ſicut econtra intelligentia cognitionem, *Rutg. Ruland. de commiſſ. lib. 1. cap. 2. Oldendorp. claſſ. 4. act. mand. Muret. in orat. 8. lib. 1.* (c) *Keck. lib. 1. ſyſtem. Log. ſect. 2. cap. 1. Scalig. exerc. 1. ſect. 1.* (d) Qui de proprietati-

bus, differentiis, & originibus non parum fuerunt ſoliciti, ut notant *Dd. ad tit. de V. S.* apparet hoc etiam ex quàm plurimis titulis Inſt. nec deſunt leges in *ffis, ut l. 1. ff. de J. & J. l. 1. §. 1. ff. de pact. l. 5. de pecul. l. 1. in pr. de depoſ. l. 2. de ſponſal. l. 1. §. 1. de Teſt.* & in mille aliis locis. (*e*) Quæ in conſtituendo feudo principem locum obtinet, hæc enim niſi eſſet, nunquam feudum conſtitui poſſet. *Obrecht. diſp. feud. 3. th. 12.* (*f*) Qui concedit, in Jure F. dicitur dominus *c. 1. §. 1. de his, qui Feudum dare poſſ. c. 1. 2. F. 4.* propter obſervationem & venerationem, quam ei vaſallus debet, *l. 26. ff. de conſt. pecun. l. 57. ff. de donat. int. vir. & uxor.* Eademq; ratione & Senior appellatur *tit. 17 & 18. lib. 1. F.* non ætatis ratione. Nam & minor 25. annis feudum dare poteſt, *Borch de Feud. c. 5. nu. 11. Hottom. diſp. feud. cap. 3.* (*g*) Hi variè accipiuntur & nominantur in jure F. primò Fidelis, quia domino fidelitatem præſtare tenetur, *Beſold. diſp. Polit. claſſ. 1. diſp. 5. coroll. 12. c. 1. 1. Feud. 10. c. 1. 1. quib. mod. feud. amitt.* Hinc illud Germanicum Lieber Getrewer/ licet hoc etiam dicatur de iis, qui juriſdictioni alicui ſunt ſubjecti. *Schoner. lib. 1. diſp. feud. 2. th. 7. l. b.* Deinde vocantur etiam Vaſalli *c. 1. 2. F. 26. c. 1. 2. F. 14.* à Weſtphalico Vaſelen/ unrecht Gut vaſelen *[illegible] entur. de Valent. in Parthen. litigioſo lib. 1. c. 5. n. 8.* vel à Germanico Geſell/ quo ſignificatur comes, vel à Gallico Vaſallario, quod ſtudium & propoſitum demerendi ſignificat, *Weſ. de feud. cap. 1. in pr. Petr. Heig. q. 2. n. 78.* dicit, ſibi admodum veriſimile videri, Vaſſi nomen à Germanico Vaſſen/ quod eſt ligare, obſtringere, complecti, deductum. Multi ſunt in ea opinione, quos Turcæ Baſſas appellant, eodem ex fonte nomen ſumſiſſe. *Greg. Tholoſ. in Syntag. jur. lib. 6. c. 11. n. 7.* Deniq; appellatur quoq; Clientulus, quia in fide & tutela domini ſui eſt, *tit. 6. §. ult. lib. 2. F.* Item conjux domini, quaſi communi vinculo fidei conjuncti *lib. 2. F. 5. ul.* unde proverbium: Trewer Herr/ trewer Knecht. *Clariſſimus & Excellentiſſimus Dn. Preſes in Don. Enucl. lib. 13. c. 18. nos LL. Ritterſh. part. feud. lib. 1. c. 16. q. 12.* Item milites *c. 1 quo temp. mil. inveſt. 1. F. 22.* Vaſallorum enim ſervitium & munus præcipuum in bello armisque tractandis impenditur. *Bornit. de Vaſall. ſervit. part. 1. c. 1.*

I I. *Scien-*

Sciendum ergò eſt, olim non licitum fuiſſe omnibus feuda dare, ſed his tantùm perſonis, (a) *quibus vel dignitas, vel nobilitas, vel antiqua conſvetudo hoc tribuebat.* (b) *Hodiè verò quilibet privatus, quantumvis humilis conditionis, dummodò liberam ſuorum bonorum adminiſtrationem habeat, atque nominatim illis feuda dare non ſit interdictum, allodium ſuum alteri concedere poteſt.* (c)

(*a*) Perſonarum conſideratio hoc loco paulò alia eſt, quàm jure Civili in primo objecto juris. In jure namque civili ad ſtatum perſonarum *Inſt. de jur. perſon. & omnib. tit. ſeqq. in tot. lib. 1.* At hîc refertur ad adquiſitionem feudi, imprimis novi. Vetus enim feudum non tàm acquiritur quàm acquiſitum conſervatur. (*b*) Videbatur enim hoc juris feudalis gravitati non ſatis conſonum eſſe, *per c. unic. in pr. 1. F. 1. & 7. & 2. F. 10.* ut privatus aliquis ex nudo privatorum conſenſu contra diſpoſitionem, *l. 3. C. de juriſd. l. 1. ff. de jud.* novam juriſdictionis dignitatem ſibi acquireret, cùm Vaſallos habere ſemper cum dignitate aliqua conjunctum ſit, *per d. tit. Vult. c. 3. de feud. n. 8. Roſenthal. c. 3. concl. 2. n. 1. Fach. 7. controverſ. 64. Obrecht. diſp. feud. 3. th. 13. Duar. in com. feud. cap. 6. nu. 9.* Imò regium erat olim bona ſua aliis utenda dare *Arniſæus 1. Polit. c. 3. ſect. 5. nu. 15.* (*c*) *tit. 3. tit. 10. §. cæteri. lib. 2. F.* Nam ſola fidei præſtatio eſt forma & ſubſtantia feudi, quæ tàm privato, quàm dignitate florenti exhiberi poteſt. *Bocer. de inveſt. feud. c. 3. n. 113. Zaſius in epit. Feud. part. 5. nu. 31. Schenck. Baro ad tit. 1. in pr. verſ. Marchio. lib. 1. F.* Iniquum enim eſſet ingenuis hominibus non eſſe liberam facultatem diſponendi de rebus ſuis ad arbitrium, *l. 2. ff. ſi quis à par. fuer. manumiß.* & juſtum eſt ſua cuiq; committere, *l. 9. C. de jud. & cælic. l. 14. C. de contrah. emt. Gœdd. diſp. feud. 4. th. 1. Borch. in comm. feud. cap. 5. nu. 41. Schneidw. in epit. feud. part. 3. nu. 69.*

Sonsbec. part. 6. nu. 15. Petrus Ravenna ad tit. 3. lib. 2. F. Diſſent. Niell. in diſp. feud. 2. th. 1. Duar. in comm. feud. cap. 6. num. 9. Eacb. 7. controv. 74.

III.

Sunt autem perſonæ dantes in duplici diſcrimine: Aut ſunt Eccleſiaſticæ vel ſeculares. (a) *De perſonis autem Eccleſiaſticis,* (b) *ut dignioribus,* (c) *& quarum hoc jus moribus eſt receptum, priori loco ut diſquiſitio inſtituatur, ordinis ratio poſtulat.* (d)

(a) *Tit. 1. tit. 3. tit. 9. ibi niſi fuerit facta ab aliqua perſona Eccleſiaſtica lib. 1. F. Vult. c. 3. n. 10. Borcb. de feud. cap. 5. num. 1. Weſenb. de feud. c. 4. in pr. Cujac. lib. 1. feud. tit. 1. §. ſi verò Archiepiſcopus.* Hinc Feudiſtæ dividunt feudum in Eccleſiaſticum & ſeculare. *Bocer. de qualitat. & differ. feud. c. 2. num. 2. Schrad. p. 2. c. 3. nu. 17. & ſeq. cap. 7. extr. de conſtit. c. ex transmiſſa. extr. de for. comp.* Illud Germanico idiomate vocatur, Ein krumbſtäbiſch Lehen/von krummen Stab herrürend. *Webnerus in obſervat. pract. in verb.* Fuldiſch Lehen. Utuntur enim Epiſcopi & Prælati curvo baculo, quod præditi ſint poteſtate coarcta, quam deſignat baculi inflexio ſeu curvatio. *Knicb. de pact. veſt. part. 1. cap. 4. num. 34.* Verùm hic mos transactione Henrici V. ſublatus eſt, & poſtmodum conſtituit, ut Epiſcopi & Abbates electi inveſtituras Regalium ſuorum per ſceptrum ab Imperatore reciperent. *Spangenb. in Chron. Mansfeld. c. 216. Cranz. lib. 5. Saxon. cap. 42.* Et hæc nova inveſtitura patet ex text. in ſpec. *Saxon. lib. 3. art. 60. & in ſpec. Svev. lib. 1. c. 1 c. 325. §. 2. ubi ita dicitur,* Der Keyſer ſoll leihen allen Geiſtlichen Fürſten ihre Rechte mit dem Scepter/vnnd allen Weltlichen mit den Fahnen. *Schneidw. de feud. part. 1. nu. 36. Obrecht. diſp. feud. 2. th. 53. Cujac. 3. feud. tit. 21. Gœdd. de feud. 2. §. 5. Sixtin. de Regal. lib. 1. cap. 4. n. 123. & c. 5. n. 37.* Seculare Feudum eſt duplex, vel Regale dicitur aut non Regale. Regale

gale feudum eſt, quod à Rege vel Imperatore alicui conceſſum eſt, cujuſmodi feuda vocantur Fahnlehen. *Roſentahl. tr. feud. cap. 2. concluſ. 1. Thom. Michael. de juriſdict. concluſ. 29. Schonborn. lib. 5. Polit. c. 34. Bocer. de regal. c. 2. n. 61. in ord. Regim. de Anno 1521, &c.* Und behalten vns bevor die Belehnung der Lehen vnd Regalien der jenigen / die ſie vnter den Fahnen öffentlich mit Solenniteten pflegen zu empfahen / quod probatur exemplo Mauritii Electoris, cum ille Elector renunciaretur, præferebantur ei decem vexilla cum totidem inſignibus regionum, pro quibus inaugurationem petebat, *Magnif. Dn. Domin. Arumæus diſcurſ. 3. ad A.B. th. 28. Cruſ. Annal. Suevic. lib. 9. c. 6. & lib. 11. p. 3. c. 6. & 22.* quam inveſtiendi ſolennitatem ante paucos annos in deſuetudinem abiiſſe ſcribit *Matth. Steph. de juriſd. lib. 2. p. 1.* de quâ tamen adhuc dubitat *Gerlac. Buxdorff. ad C. V. A. B. concl. 68.* (*b*) Appellatione perſonarum Eccleſiaſticarum omnes veniunt, qui ſunt tonſurati ac ſacris initiati *c. Cleros. diſt. 21.* & qui divino cultui miniſteria religionis impendunt, Eccleſiæq; deſerviunt. *Borcholt de Feud. c. 5.* Singuli autem juxta ordines & dignitates ſuas diſtinguuntur. Eoq; reſpectu novem gradus Clericorum *in d. c. Cleros.* numerantur, quorum officia pulchrè deduxit *Tholoſanus in ſyntag. lib. 1. l. 9. c. 2.* Principalis autem diviſio earum plerunque ad duo ordinum genera refertur. Alii enim dicuntur eſſe in majorib. ordinibus, alii in minoribus. *Schoner. in diſp. feud. 2. lib. 1. th. 23.* Qui in majoribus ordinibus, partim ſunt in Sacerdotio conſtituti, ut Epiſcopi & Præsbyteri, partim in ſacris, ut Diaconi & Subdiaconi. In minoribus ordinibus ſunt Acoluthi, Exorciſtæ, Lectores, Oſtiarii, quorum nomina pulchrè explicat *Borch. d. feud. cap. 5. nu. 12. & ſeq. Heinric. Eckbard. de ordin. Eccleſ. & Polit. part. 1. f. 64.* Et hæ perſonæ olim non potuerunt feuda dare, quia Imperator non ſolùm Archiepiſcopatus & Abbatias, ſed & Pontificatum contulit. *c. Adrianus 22. cum ſeq. c. cum longè 25. diſt. 63.* unde hęc majora Eccleſiaſtica feuda appellantur Regalia: quia à Rege conferuntur. *1. F. tit. 40. de capitulis Corradi §. item ſi Clericus.* expreſsè dicitur Epiſcopos & Abbates à Rege beneficia habere; ex quibus apparet, Pontifices quoque juriſdi-

ctioni.

ctioni Imperatoris ſubjectos fuiſſe, ut arguit Leonis 4. exemplum, qui præcepta Lotharii & Imperatorum omnibus modis ſervaturum profitetur *c. de capitulis 10. diſt. c. ult. ead. diſt. 10.* Idem de Johanne 8. probat *c. vides cum ſeq. diſt. 10.* plura exempla videri poſſunt apud *Thom. Mich. de juriſdict. theſ. 10.* Verùm poſteà Pontifices Imperatoribus hoc jus eligendi & infeudandi Epiſcopos extorſerunt, ut patet ex *c. Ego N. Epiſcopus 4. extr. de jurejur. Hotom. diſp. feud. cap. 9.* Et nullum dubium recipit ipſos bona in feudum dare poſſe, *Clariſſimus D. Hunnius Promotor & Affinis meus in diſp. feud. c. 7. Borch. d. feud. c. 5. nu. 12.* diſtinctio tamen facienda eſt inter bona patrimonialia ſive propria, & Eccleſiaſtica, de iis liberè diſponere poſſunt, quia in his non Eccleſiæ privilegiis, ſed jure communi utuntur, *Schrad. tr. feud. part. 4. cap. 2. nu. 2.* de his verò, Eccleſiaſticis ſcilicet non aliter, niſi obſervatis certis ſolennitatibus, de quibus in ſeq. *Schrad. d. loco. Roſenthal. cap. 3. concluſ. 3.* (c) Quandoquidem hi primi omnium mortalium habentur, *Rittershuſ. in part. feud. lib. 1. c. 5. nu. 6. Bod. de Repub. nu. 353. c. 1. in fin. diſt. 17. l. 1. §. 1. verb. pub. ibi in Sacerdotibus & Magiſtratibus de juſt. & jur. Nov. 6. in pr.* Et comprobat hanc præcedentiam ſtylus vulgaris, quo ſemper ſtatus Clericalis præponitur Laicali, Geiſtlicher vnnd Weltlicher Standt / quod ſpecialius declaratur *Jure Saxonico libr. 1.* Landrecht. *art. 3. lit. b.* ubi verba gloſſæ: Bey den Heerſchilden vernimb alle Stände d' Obrigkeit von dem Adel aller Stände Obriſt vnd Niedrigſt / alſo iſt der König der Oberſt vnd Elteſte / die Biſchoffe ſeynd nach jhme vnd weniger denn der König / die Leyenfürſten nach den Biſchoffen / &c. Concordat Schwabenſpiegel *libr. 2.* Lehenrecht. *cap. 1.* von den Heerſchilden. vide *Laurent. Ohm de jur. Epiſcop. theſ. 19. lit. f.* Quo reſpexit etiam Pontificiorum cohors. Quibus verbo divino verius eſt Evangelium, Monachos, Capucinos, maximis Principibus dexteros incedere debere, & vel infimum Parochum Imperatore in conſcientiæ foro ſuperiorem exiſtere. *Thom. Lanſius in orat. contra Italiam apud Illuſtriſ. Fridericum Achill. pag. 624.*

IV. *Inter*

Inter has perſonas Papa (a) *ſeu Pontifex* (b) *Romanus quaſi familiam ducit* (c) *qui non ſolum ſeuda* (d) *conferendi, ſed etiam Regalia* (d) *concedendi poteſtatem* (f) *ſibi facit.*

(a) Varias ſignificationes hujus vocabuli afferunt D d. quæ videri poſſunt apud. D. *Meiſnerum in ſobria Philoſoph. part. 2. ſect. 1. c. 1 ſ. 80.* dictus à papæ! admirandi interjectione, ut nomine Papæ audito quivis ſtatim miretur monſtri iſtius faſtum luxum & poteſtatem. *Theophilus Banoſius de Politia civitatis Dei & Hierarch. Rom. in pr*: dicit nomen hoc eſſe antiquum, quo ſic olim omnes Epiſcopi vocabantur. Ut n. Rex Gerar, Abimelech dicebatur, id eſt pater meus, rex quod populum ac filios amaret, ſic omnis Epiſcopus olim Papa dicebatur, quod Eccleſ. tanquam pater filiam benevolentia & officio omni proſequeretur. (b) dictus à Ponte *Varroni lib 4. ll.* quod ſc. pontem faciat, hoc eſt, viam oſtendat aliis bono exemplo vitæ & doctrinæ *c. inter. de off. jud. ordinar.* (c) Nam Papa Ephorus & caput eſſe fingitur omnium Eccleſiarum *c. cuncta per mundum & c. ſeq. c. nemo q. 3. c. 22. diſt. 22.* Cui tota Eccleſia, (quam ille ſuam ſponſam vocat *c. quoniam de immunitat. in 6.*) parere debet. *c. 1. diſt. 93. Marta de juriſd. part. 1. cap. 18. & mult. ſeq.* Sicut n. ſol (*ait Baldus*) ſe habet in Planetis, ita Papa ſe habet in Eccleſiis. *Obrecht. diſp. feud. 3. th. 18.* hinc potentiſſimi ſacerdotis nomen ſortitus eſt, der Bapſt iſt der allergewaltigſte Pfaff/ quem ita appellat *Paulus à Citadinis in tract. de jur. patr.* à Clariſſimo viro Domino *Friderico Hortledero in ſuo opere de juſtitia initio & progreſſu exitug, belli Germanici, Caroli V. lib. 4. c. 47. f. 501.* allegatus: Imò nec Deus, nec Angelus, nec homo eſt, juxta hos verſiculos quos citat *D. Fr. Hortled. d. loco f. 497.*

Der Bapſt der Welt ein Wunder iſt/
Mit ſeiner groſſen Macht vnd Liſt/

Weder Gott noch Menſch iſt ſein Art / Darumb iſt er des Teuffels Part.

Ipſi data eſt omnis poteſtas in cœlo & in terrâ *Cerem. lib. 1. c. 7.* abſolvendi ſubditos à peccato, fide, timore, obſervantia, & juramentis datis, quò reſpicit iſtud, quod *Georg. Mylius* in Babſtpredigten geſaget / daß der Bapſt zu Rom auffs allerwenigſte wol 23. tauſend mal tauſend / vnd 85. mal 100. tauſend Seelen auff ſein Kerff genommen / Et neſcit illud, peccatum majus committi non poſſe, quàm velle dominari conſcientiis, ut dicere ſolitus eſt Rex Poloniæ Stephanus, parens meus *Johannes Wolfius in lect. memorab. cent. 16. fol. 903. Waremund. ab Ebrenb. de Feder. lib. 1. f. 125. Ventur. de Valent. in Parth. litig lib. 1. cap. 6. n. 9. Beſold. in diſp. Polit. claß. 1. diſp. 4. th. 23. Anton. Bullaus in orat. Tubing. habita. Quibus nam competat jus nobil. f. 32.* (d) Feuda autem quæ Pontifex Romanus cõferre ſolet, ſunt opima ſacerdotia, & beneficia, veluti Archiepiſcopatus Epiſcopatus Abbatie &c. quę feuda à quibuſdã Papalia vocantur. *Bocer. de qual. & differ feud. lib. 1. c. 5. quæſt. 6.* cujuſcunq; Eccleſiæ res ſint, etiã non infeudari ſolitas. *Zas. de feud part. 5. n. 3. & 4. Obrecht. diſp. feud. 3. th. 27.* ex plena & abſoluta, quam habet, poteſtate, diſponendi de rebus Eccleſiaſticis *Matth. de Afflict. lib. 1. Curt. Jun. p. 1. q. 11. Schrad. tr. feud p. 4. cap. 2. n. 4. Schon. lib. 1. diſp. 2. th. 22. Hirſchbach. in diſp. feud. 3. th. 5. Mozz. de feud. tit. de his qui*
Q *feud. dare poß. n. 2.* De feudis imperii Romani quid dicendum, num imperator iſtud recognoſcat à Pontifice, tanquam Feudi domino directo, quod primâ fronte affirmandum eſſe videtur, per rationes & textus juris noſtri: Taceo quod Conſtantinus Magnus plenum Imperij jus in Papam contulerit, *diſt. 96. c. Conſtantinus. Otto Epiſcop. Friſinus lib. 5. c. 31. Conrad. Abbas Uſpergens. in Chron. Alber. Krantz. Petr. de Andlo de Rom. Imper. lib. 2. cap. 9. Lancellot. in templo omn. jud. lib. 1. c. 1. §. 2. q. 2. Lupoldus de* Babenberg *in proœm. lib de jur. imperij.* Sic n. Sigiſmundus Imperator in reformatione ſua *cap. 10. lib. 2. pag. 151.* editon. Baſil. Alſo beſtund der Keyſer wol / vnd regieret ehrlich vnd löblich / biß vff die zeit / das Conſtantinus

tinus

tinus der groſſe Keyſer kam / der auſſetzig was / den der Bapſt Sylveſter reiniget / vnd ſchön machet in der Tauff / da er dem Bapſt zu füſſen fiel / vnd von der Hand alles Erdreich gab in S. Sylveſters Hand. Da aber der Bapſt jhn wieder zum Keyſer machet / vnd er empfieng den Keyſerlichen Gewalt von dem Bapſt in Lehnweiß / vnd als ein Stadthalter vnd Beſchirmer des heiligen Chriſtlichen Glaubens / vnd nam in ſein Hand das weltliche Schwerdt / da ward von jhm alle Ordnung vnd weltlich Recht geſetzet vnd gemacht. Ulterius probant ſententiam ſuam ex c. tibi Domina diſt. 63. ex quo tale argumentum extrui poſſet: Juramentum fidelitatis præſupponit feudi dationem. Atqui Otto I. Imp. Johan. XII. vel ut Platina vult XIII. Carolus V. præſtiterunt Papæ juramentũ d. c. de quo cum aliquando dubitaretur, an fidelitatis juramentum eſſet, Clemens V. diſertè fidelitatis eſſe pronunciavit. *c. un. de jurejur.* E. Imperat. ſunt vaſalli Pontificis. Verùm enimverò hæc omnia dicta & facta ſunt teſtimonia in propria cauſa, quæ de jure non ſubſiſtunt. *l. 10. ff. de teſt. l. 10. C. eod. l. penul. de recept.* Nec ullum proferre poſſunt inſtrumentum, quod nobis huic rei fidem faceret, id quod Veneti ipſi Pontifici aliquando illuſoriè exprobrârunt, quod qui vult leget apud *Philip. Camerar. part. 1. oper. ſucciſ. c. 61. pag. 285.* Aut ſanè ſi proferunt, inter ſeſe diſcrepãt, atq; ita ſibi invicem derogant & nihil probant, *l. 14. C. de fid. inſtrum. l. 188. de R. I.* Manet ergò Imperatorem Dei eſſe Vaſallum *Pſal. 82.* Dij vos eſtis *Prov. c. 7 v. 15.* Et neminem niſi Deum & enſem ſuperiorem recognoſcere, uti olim Anno 1338. ab Electoribus & Statibus Imper. decretum. Daß das Heillige Römiſche Reich das höchſte Häupt in der Welt / vnd keines Menſchen Lehen vnterworffen ſey *Georg. Sigis. Seldius in pr.* Bedencken an Keyſer Ferdinan. *p. 112. Auct. diſſ. de jure Princip. concluſ. 12.* quò reſpexit Henricus Auceps, qui ad filium Ottonum M. dixit; En tibi Imperium, non à Majoribus mihi relictum, ſed per memetipſum acquiſitum, & à ſolo Deo conceſſum.

ceſſum. *Witich. lib. 2. rer. Sax.* (e) Quæ tamen Imperatori ſoli proprio jure competunt, *per text. in conſtitutione Friderici Imperat. de pace conſtantiæ §. volumus, ut regalia ibi: ea quæ ſpecialiter ad noſtram excellentiam ſpectant. Vult. de feud. cap. 5. n. 6. Roſenthal in ſynops. feud. C. 5. n. 1. Alvarot. in c. 1. in pr. de nova forma fidel. per text. in receſſu imperij Anno: 1576.* Dadurch dann ihr zu vnſer Keyſerlichen Hoheit vnd Reſervaten / de facto autem Pontificem jus Regalium dignitatum in terris Imperii quantum poteſt ſibi uſurpare ſcribit, *Bocer. de Regal. c. 1. n. 9. Zas. in epitom feud. p. 5. n. 3. Pruckman. in rubr. quæ ſint regal. c. 4 n. 11.* Et ob hanc cauſam Imperator Turcarum Pontificem Romanum vocare ſolet Regem morionum, propterea quod Cardinalibus nudos titulos Epiſcopatuum, in terris minimè poteſtati ſuæ ſubjectis donet. *Vir admodum Reverendus Dominus D. Joh. Gerhardus fautor & hoſpes meus obſervandus in loco de Eccleſia fol. 1293.* (f) Pontificem Romanum hodiè Monarcham quandam exercere & ſecularem poteſtatem habere, extra dubitationis aleam poſitum eſt, *Clariſſimus D. Gryphiander in prælectionib. de 4. Monarch. Rom. c. 8.* Authoritas n. ejus eò nunc proceſſit, ut de poteſtate hac, quæ ſolius Princ pis Romani initio propria erat, diſputare & ambigere, non modò ſit ſupervacaneum ſed & ridiculum. *Forſter. de Succeſſ. ab inteſt. lib. 6.* Cui nunc ſunt Feudatarij illi Ferrarienſis & Parmenſis, aliiq; Duces, & ipſe Neapolitanus Rex *Alber. Gentil. de jure belli lib. 1. c. 23. Bodin. de repub. lib. 1. c. 9. Sixtin. de Regal. lib. 1. c. 4. n. 117.* In Germania vi nullam poteſtatem habet neq; ſummam neq; mediam neq; infimam. *Cluten. in ſylloge rer. quot. th. 5. l. c. Arniſæus de ſubject. & exemt. Clericor. c. 1. ſ. 8.* Das alſo der Bapſt in Teutſchland nichts zu ſuchen. *Caſpar Leipold. de concurr. juriſd. th. 3.* quod etiã apparet ex gravaminibus, quæ inter Status correſpondentes in proximis Comitiis fuerunt mota. **Weil die Bäpſtlichen nuncij zu ſolchen beſchwerten / nicht geringen Vorſchub thuen werden / E. K. M. aller vnterthenigſt gebeten / dem Bapſt zu Rom vnd ſeinen nunciis keinen ſolchen Gewalt in dem Römiſchen Reich ferner zugeſtatten.** *Pet. Syringius de pace relig. th. 16.* Accedit deniq; & hoc, quod

dicit

dicit *Matth Stephan. de jurisd. lib. 3. c. 3. n. 68.* quod Imperator cum Pontifice de Epiſcopatib.& aliis beneficiis ita concordaverit & transegerit, ut Epiſcopi Germaniæ ſint homines & fideles Imperatoris omnimodè, in Italia verò homines & fideles Papæ. Et ſic in Imperio Proteſtantium omnis jurisdictio Eccleſiaſtica Pontificum ſublata eſt. *Magnificus Dn. Arumaeus ad c.11. A.B.ht.14. Excellentiſsimus Dominus Præſes in Donell. enucleat. lib. 17. c. 10. Ventur. de Valent. in Parth. litig. lib. 1. cap. 6. Parens meus. Johan. Woſſius in lect. memorab. cent. 5. Ann. 420. Caſpar. Leipold. de concur. jurd. q. 3. Schonborn. lib. 4. c. 6.*

V.

Principem locum poſt Papam obtinent Legatus de Latere (a) *Cardinales* (b) *novæ Pontificis creaturæ, Patriarchæ,* (c) *qui Eccleſiæ bona abſq; ſolennitatibus caconicis & cauſa legitima non aliter ac cæteri inferiores clerici infeudare poſſunt.* (d)

(*a*) Qui in provincia ſibi decreta omnia ea poſſe creditur, quæ Papa *c.1. & fin. Extr. de off. legat.* Attamen bona Eccleſiaſtica provinciæ illius in qua legationis officio fungitur in feudum dare non poteſt, niſi ſpeciale mandatum à Pontifice habeat, *arg. c. de Eccleſiaſticis 25. q. 2. Auth. perpetua ibi quibus hac aſsignantur lege C. de SS. Eccleſ. Schrad. part. 4. cap. 2. n. 5. Mozz. de feud. c. 3. n. 11. Schon. lib. 1. diſp. feud. 2. th. 41. Curt. jun. de feud. Cleric or. q. 13.* quia iſte legatus non ſuo, ſed Pontificis jure utitur, nec poteſt tollere jura ſubjectarum Eccleſiarũ. *Obrecht. diſp. feud. 3. th. 37. Diſp. Afflict. lib. 1. F. t. 1. n. 52.* (b) Poſt Pontificem ſequuntur Cardinales, qui ſcil. nomen acceperunt à Cardine oſtiorum, hoc eſt, quod inſerviant Romanæ Eccleſiæ, quę cardo eſt omnium aliarũ Eccleſiarum. *C. Sacroſancta diſt. 22. Schönborn. lib. 5. c. 35. vel ut clariſs. Dn. Gryphiander in prælect. de Epiſc. voluit* quod præcipui ac principales aliorum Epiſcoporum vel ſacerdotum eſſent, ut qui non ſolum pars corporis, ſed etiam membra capitis dicuntur: cum cæteri prælati

 vocen-

vocentur membra corporis ejus: imò fratres ipſius ſunt; Quando n quoſdam creat Cardinales, his verbis eos affatur: Eſtote fratres mei, & Principes mundi. *Admodum Reverendus vir D. D. Gerhard Promotor & hoſpes meus obſervandus in loco de Eccleſia fol. 1199.* Sicut n. Electores ſe habent erga Imperatorem, ut qui in graviſſimis rebus abſq; eorum conſilio nihil ſtatuere poteſt, ita ſe habent Cardinales erga Pontificem, qui res Eccleſiæ magnas & precioſas, puta civitates, in feudum concedere non poteſt abſq; horum conſenſu. *Bl. in l. multa. C. de bon. qualib. Jaſ. ad tit. 1. n. 5. lib. 1. F. Arg l. placet. ibi rationalis conſilij tenore perpenſo, C. de S. S. Eccleſ. c. per venerabilem verbo, rationibus igitur. extr. qui filij ſint legit. Petr. Gregor. lib. 15. Syntag. jur. c. 4. item lib 2. epiſt. 13. 25. & 53. Petr. Molineus tr. de Monarch. Temporal, Pontif. cap. 8. Dom. Hunnius in tr. feud. c. 7. f. 128. Curt. Jun. part. 2. Vult. de feud. c. 3. num. 10. Mozz. de his qui feud. dar. poſſ.* Et rectè, cum n. hæc datio in maximum Eccleſiæ præjudicium redundare poſſit, meritò non niſi plurium judicio fieri debet. *Obrecht. diſp. feud. 3. th. 30.* Hæc autem poteſtas facit, ut Regibus præferri velint, *Paleot Cardinal. de Sacr. conſiſt. conſult. part. 5. queſt. 1. p. 266 Michael Schiferer in jur. pub. D Arumæi th 25.* quamvis ex ima hominum fece genus trahant ſuum, *R. D. Gerhard d. loco.* (c) Patriarcha ita dictus ἀπὸ τῶ ἀρχὸς τῶν πατέρων quaſi ſummus patrum *c. cleros. diſt. 21.* eorum ordo tempore Nicæni Concilij primi introductus eſt. *Magnif. Dominus Præceptor Arumæus in diſp. feud. 3. th. 4.* & licet eorum præeminentia ſit maxima, ita ut omnibus aliis Clericis anteferri debeant, Cardinalibus tamen ſunt inferiores. *Tholoſan. in Syntag. jur. lib. 15. c. 4.* Diſſent. *Matth Stephan. lib 3. p. 1. c. 6. n. 1. Paurmeiſt de juriſd. lib. 2. c. 8. n 13. Fr h r. in not. ad P. de Andlo lib. 2. c. 7. Lancellot. lib. 2. c. 2. §. 1. de jur. pub. perſonar.* Horum ſunt principales quatuor, Conſtantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, Hieroſolomytanus. c. antiqua de privig. *c. Sacroſancta. c. venerantes. c. definimus. 22. diſt. Covarruv. 4 reſol. tom 25 Ant Gothofr. diſp. feud. 2. th. 3. lit. b. Laurent. Ohm. de jure Epiſcop. th. 13. l. Q* Hiſce annumerantur adhuc alii inferiores, de quibus agunt *Duar. de S. S. Eccl. lib. 1. cap. 9. Schonborn. 5. Polit. 35. Matth. Steph. de juriſd. cap. 6. num. 5.*

num. 5. Quamvis Feudiſta Patriarcharum non meminerit in c. un. de his qui feud. dar. poſs. tamen nulla dubitatio hinc oriri debet. Si Archiepiſcopi, Epiſcopi poſſunt feuda concedere, *d. c. un.* qui tamen minoris ſunt poteſtatis *Borch. de feud. cap. 5. num. 5.* multò magis Patriarchæ. Etenim ſi id ineſt, quod minus ineſſe videtur: Ergò multò magis inerit, quod magis ineſſe videtur. *Logici paſsim.* Patriarcha n. in eo major eſt Archiepiſcopo, quod hic provinciæ præſidet, at ille non uni, ſed integræ nationi, quæ plures provincias continet, eſt præfectus, imò in Archiepiſcopos poteſtatem habet. *M tib. Steph de juriſd. d. loco. num. 4.*
(d) Ratio eſt, quia de novo infeudare eſt alienare *lib. 2. feud. t. 3. in pr. §. 1.* Atq; rerum Eccleſiaſticarum nulla valet alienatio, niſi ſolennitatibus adhibitis. *Dominus Hunn. in tract. feud. cap. 9.* E. nec infeudatio *c. 2. de reb. Eccleſ. non alien. & cap. fine exceptione 52. cauſ. 12. q. 2. Nov. 71. de non alien. aut per. reb. Eccleſ. Geil lib. 1. obſ. 151. num. 3. Mynſ. cent 5. obſ. 47. Weſenb. in tr. feud. cap. 7. num. 5. Schneid. de feud. p. 3. num. 28. Duar. in com. feud. 6. num. 7. Vult. cap. 5. num. 14.* Poteſt huc non incongruè referri quæſtio iſta, An perſona Eccleſiaſtica, ut extraneis ſic & conſangvineis ſuis rem infeudari ſolitam & Eccleſiæ apertam, largiri in feudum poſſit? Et quidem arguendo ab Emphyteuſi ad feudum, quod licet juxta *Everhard. in Top. ab Emphyt. ad Feudum* id negandum videbatur. Nam in *gloſſ. tit. 3. in verbo Archiepiſcopus & tit. 26. §. hec omnia verſ. in Clericorum lib. 1 feud. Nov. 120. cap. 5. §. Oeconomis & Auth. Quibuscunq; C. de S. S. Eccleſ.* Sic conſtitutum legimus, *Oeconomis v. inquit, & reliquis venerabilium locorum ordinatoribus & parentibus verum & filiis & aliis, qui per genus eis vel nuptiarum jure conjuncti ſunt, interdicimus Emphyteuſin concedere. Bocer. de inveſtit. feud. cap. 3. num. 56.* Verùm quia ordinata charitas à ſe & ſuis incipit. arg l. *Si præſes C. de ſervit. & aqua c. non ſatis eſſe diſt. 86.* dicimus omnino conſangvineos feuda accipere poſſe *per c. verb. clericorum in fin. tit. 26. lib. 1. feud. c. relatum ibi prope finem ſive conſangvinei ſive alij ſint,*

extr

extr. de teſtam. c. ex del. cto in pr. de prabend. Vult. lib. 1. cap. 5 n. 14 Schoner. lib. 1. diſp feud 2. th. 27 Mynſ. obſ. 47. cent 5. ubi dicit, quod hæc ſententia magis ſit recepta, quodq; illi comunis etiā Germaniæ conſvetudo ſuffragetur. *Hart. Piſtor. q. 27. no. 20. libr. 2.* Et hæc ratio maximè procedit, ſi agnati ſunt idonei, pauperes, benemeriti, utiles Eccleſię *Domin⁹ Hirſchbach. in diſp. feud. 10.* imò laudandus eſt, qui beneficiis conferendis proprium ſangvinem extraneæ perſonæ præfert *l. 30. C. de fidei. commiſſ. c. non ſatis ſtimamus. verſ. diligentius tamen. 12. q. 2.*

VI.

Sequuntur Archiepiſcopi (a) Epiſcopi, (b) qui feuda ſine controverſia dant, modò antiquitus habuerint poteſtatem infeudandi (c)

(a) Vocantur etiam Metropolitani, ſed tamen Metropolitani dignitas inferior eſt, ut patet *ex c. cleros diſt. 21. & Nov. 11. ubi Cujac. Matth. Steph. de juriſd. lib. 3. p. 1. c 8. n. 5.* Ob eminentiam ita dicuntur, qua ſingulis Provinciæ ſuæ Epiſcopis antecedunt, *Panormit. in c. nullus de Jur. Patron. Gothofr. Ant. diſp. feud. 2. th. 3. l. c. Schon. diſp. feud. 2. lib. 1. th. 24.* unde juriſdictionem quandam in Epiſcopos exercent, & coram Archiepiſcopo ſeu Metropolitano conveniendi ſunt. *cap. Roman. 3. in pr. de Appell in 6. Ilic. Umimus diſp. 4. ad proceſſ. th. 7. num. 36. Jul. Clar. §. fin. q. 35. n. 10. 12.* Numerum omnium qui olim ad imperium Germanicum pertinuit, Caſparus Bruſchius ad 66. æſtumat, verùm plures tunc temporis fuiſſe, ex conſtitutione Goldaſti facilè quis colligere poteſt. Primus e Germanis hanc dignitatem Archiepiſcopalem acquiſivit Willigiſus Ottonis III. Præceptor. *Magnif. Dominus Arumæus diſcurſ. Acad. 15. th. 81* Zacharias Fridenreich *in Polit. cap. 22. fol. 335.* qui natus erat ex patre Rhedario ex pago Saxoniæ Schöningen *Cluten. in Syllog. th. 24.* Quanta horum ſit potentia maxima, *Pacian. lib. 2. de probat. c. 28. n. 36.* dignitas ampliſſima, *Scot. reſp. 28. n. 35. lib. 6.* & excelſa *Menoch. conſil. 201. n. 132.* hodiè

ſatis

ſatis ſuperq́; experimur in noſtra Germania, qui incomparabili ſuperbiâ, faſtu, ac inſatiabili latiſſimè dominandi cupidine incenſi, *Parens m Joh. Wolfius in lect. memorab cent. 16. f. 567.* plurima regna ad ſuum molendinum trahere ceperunt *D. Meiſn. in Philoſoph. ſob. part. 2. c. 2 q. 11. Ventur. de Valent. in Parth. Litigi. lib. 1. cap. 6. num. 11. Gail. obſ. 25. n. 3.* Unde *Duar. lib. 1. de S. S. Eccl. miniſt. c. 4.* intrepidè pronunciat, pleroſq́; Epiſcopos noſtro tempore à Religione & Sacris, quàm quoſvis Satrapas & Principes prophanos, longè alieniores, qui non aliter ac Imperatores & Reges aulæ ſuæ miniſteriales & vaſallos habent, etiam ex Principibus perſonis corporis ſui curam gerentes. Sed dicat nunc aliquis, jamdudum invaluiſſe, ut utraq́; qualitas in eadem perſona concurrat, ſiq́; perſona duarum vice, quod difficile eſt, *l. 9. ff. de pact. l 13. §. 4. ff ad Trebell. & l. 59. ff. eod.* fungatur. *Nobiliſſimus Dominus Becht. de ſalvo conduct. c. 5. claſſ. 3. n. 220.* Sed ei occurrendum reſponſione eâ, quam habet *Matth Steph. de juriſd. lib. 3. p. 1. c. 1.* Quandocunq; Epiſcopus & Princeps in unam perſonam recidunt, tunc opera danda eſt, ut dignitas Epiſcopalis in eâdem perſona emineat, & rei ſacræ major, quàm profanæ habeatur ratio; ne dum Princeps fato functus, & in infernum præcipitatus, ipſe quoq; Epiſcopus unà cò tranſire neceſſe habeat, ut habet faceta reſponſio Ruſtici cujuſdam Archiepiſcopo Moguntinenſi data. *Reverend. D. Gerhard. in diſp. polit. 5. th ult. Arniſæus de exemt. Clericor. c. 1. fol. 19. Duar. de S. Eccl. miniſt. c. 4.* Iſt alſo dahin kommen / daß man den Biſchoff und Prælaten auff dem Roß gar nicht kennen / in der Kirchen aber ſelten finden kan. *Auter Autonomiæ Franciſcus Burckhardi part. 5. c. 32. f. 432.* (b) Epiſcopi nomen olim non tantùm honoris, ſed etiam oneris, curæ, & ſolicitudinis fuiſſe teſtatur *D. Auguſtinus in c. qui Epiſcopatum. 8. quæſti. 1.* ubi dicit, qui præeſſe & non prodeſſe deſiderat, Epiſcopari non debet. *Vaſq. lib. 1. illuſt. contro. c. 1. n. 26. Anonym de jure Principatus concluſ. 85* An illis Presbyteri annumerari debeant, quæritur, diſtingvo inter jus divinum & conſtitutiones humanas. Quicunq; unum idemq; adminiſtrat officium, eodem modo eâdemq; autoritate, illi quoad

 officium

officium jure divino non differunt. Atqui Epiſcopi & Presbyteri unum idemq; adminiſtrant officium *Act. 20. v. 17. v. 28. 1. Timoth. 4. v. 14. Sic 1. Petr. 5. qui v. 1. nominatim presbyteri v. 2. dicuntur ἐπισκοποῦν.* Ergò ſunt unum & idem. *Henric. Eckhard. de ord. Eccl. & Polit. part. 1. q. 4. Diſſent. Bellarm. qui putat hos gradus jure Divino eſſe diſtinctos, cum tamen hoc expreſſè in jur. Canonico c. cleros. diſt. 21. c. legimus 98. diſt. cautum eſſe reperiatur.* Et non immeritò reſpondet ipſi *D. Meiſnerus in ſobriâ Philoſoph. part. 2. Sect. 1. q. 11. f. 473.* dicens, non eſſe candidi Pontificii à jure Canonico diſcedere, illudq; mendacii arguere: hoc verò facit Bellarminus; viderit proindè, quî in gratiam redeat, & Anathema Papale juris Canonici tranſgreſſoribus dictũ effugiat. Quod a. hodiè differant, nullâ indiget probatione *Borch. de feud. c. 5. n. 11.* Hîc illud agitãt Dd. Si Epiſcopus in ſuo Epiſcopatu conceſſit alicui rem in feudũ, & Papa poſtmodum alteri eandem concedat, utrũ conceſſio prior ne an poſterior firmior ſubſiſtat? Poſteriorem Papæ conceſſionem irritam eſſe puto cum *Roſenth. c. 4. n. 3. Schneid. de feud. part. 3. n. 15. 16. Gothofr. Ant. diſp. feud. 2. th. 3. l. d. Goedd. diſp. feud. 4. th. 4.* Per inveſtituram n. Vaſallus conſtituitur dominus juris ſeu uſusfructus in re immobili, *lib. 2 feud. t. 5.* Jus autem quæſitum nemini poteſt auferri, *l. 2. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. juru. l. ſolvendo. ff. de negot. geſt.* Sic in beneficiis Eccleſiaſticis prima conceſſio ritè facta præfertur ſecundæ, etiamſi ſecunda traditio fuerit facta. *§. qua tibi. de reſcript. in 6. cap. ſi tibi abſenti de prebend. eod. lib.* Deniq; nec Papa nec Imperator poſſunt deveſtire vaſallum ſine culpa, *lib. 1. F. t. 1.* quia licet Deus Imperatori ſubjecerit leges, non tamen ei ſubjecit conventiones & contractus *l. 1. l. 9. C. de LL.*

De Epiſcopo electo & confirmato, nondum a conſecrato, diſquiritur, an feuda poſſit concedere, quod primo intuitu dicendum eſſe videtur, cum confirmatus ea expedire poteſt, quæ ſunt ordinis, juriſdictionis & muneris ſui, veluti judicare, adminiſtrare, corrigere, & quæ ſunt alia, c. transmiſſa, & ibi gloſs. fin. cap. 48 f. 617. Verùm ut aliquis feudum concedat, neceſſ eſt, ipſum eſſe dominum, & plenã omnimodamq; habere poteſtatem, quòd ſanè de Epiſcopo nondum con-

ſecrato

ſecrato dici non poteſt. Ille namq; ante hoc ſimplex tantùm eſt adminiſtrator, imò de rigore juris Canonici ante ordinationem nomen Epiſcopi non meretur. *c. tua. de his quæ fiunt à Prælat.* Poſt conſecrationem verò nanciſcitur jus territorii, h. e. non ſolùm imperium & jurisdictionem, ſed & ſuperioritatem & jura Regalia. *Matth Steph. d. juriſd. lib. 1 c. 14.* Sed hæc omnia dicta & facta locum tantùm habent in jure Canonico & Feudali. Hodiernis v. moribus & temporibus mutato rerum ſtatu conniventiá vel ſuperſtitionibus Magnatum id factum non dicam cum *Bernhard. Zieriz. in com. de Princ. inter ipſos Princip. prærogat. Lanſio apud Fridericum Achillem contra Italiam. f. 624. Bachovio in diſp. ad Treutl. p. 1. diſp. 12. th. 9. lit. b.* Ampliſſimarum rerum domini ſunt effecti, *Excellentiſſimus Dominus Præſes in Don. Enucl. lib. 17. cap. 10. not. X. Cluten. in Syllog. rer. quod. th. 24.* Et in numerum Principum Imperii Cooptati à Ludovico Pio Imperatore. *Sixtin. de Regal. lib. 1. c. 4. n. 125* Cunctisq; juribus Regalibus ac Territorialibus, mit aller Weltigkeit / oder weltlichen Oberkeit / *Ant. Bullaus in orat. inaugurali Tubingæ habita, quibusnam competat jus Nobil. f. 41.* inveſtiti ac decorati ſunt, *Dominus Præſes d. loco. Peregrin. de jur. fiſci lib. 1. t. 2. n. 104. Geil. de pignor. Imper. cap. 7. num. 1. Pruckman. ad rubr. quæ ſunt Regal. cap. 4. n. 39.* Adeò ut & Epiſcopatus eorum vocentur Principatus. Sic Colonienſis vocatur Dux Weſtphaliæ, Herbipolenſis Dux Franconię, Argentinenſis Landgravius ~~Haſſiæ~~ Alsatiæ, *Sixt de Regal. lib. 1. c. 4. n. 127.* ubi plures enumerat. Et hâc ratione non ſolùm nobiles feuda ab Epiſcopo recognoſcunt: imò nec deſunt Principes; qui à nonnullis de integris etiam Comitatibus ac Baronatibus inveſtiti ſunt. Talis eſt inter alios Epiſcopus Herbipolenſis, qui præter Comites aliquot Principes ſeculares habet vaſallos. Interim hoc tenendum eſt, differentiam quandam poſitam eſſe inter Seculares & Eccleſiaſticas perſonas, hi electione, illi ſucceſſione ad Principatus deveniunt. *Magnific. Dominus Præceptor Arumæus in diſcur. 2. A. B. th. 1.* Hi nudi adminiſtratores, diſpenſatores, & fructuarii olim Pflegere / dicti. *Thom. Michael de juriſd. Imp. th. 133.* illi plenarij adminiſtratores. Horum poteſtas ad vitam durat nec ad

 heredes

heredes tranſit: illorum perpetua & irrevocabilis eſt. *Bachov. ad Trent. diſp. 23. th. 1. l. c.* ita ut bona ſua non aliter ac allodialia dividi poſſint. *Wener. in obſer. pract. in verbo,* Stand deß Reichs/*Beſold. de Reg. Succeſſ. diſſ. 6. lib. 1.* Et licet inter Eccleſiaſticas dignitates, ea quæ Epiſcopis compet t, ſit maxima, ita ut non ſimpliciter dignitas, ſed dignitatis honorumq; culmen, apex, Faſtigium vocetur. *c. venerabilis extr. de prebend. Laur. Obm. de jure Epiſcop. th. 19 in pr.* Tamen non concedendum eſt *Bruſchio*, & qui eum ſequuntur. *Peucer lib. 4. Chron. Dreſſ. Mill. 6. part. 2. Spang. Chron. Saxon. c. 161. Matth Steph de juriſd lib. 3 part. 1. c. 7. n. 50.* Dum ſcribunt Henricum II. Imper. conſtituiſſe, ut Seculares 4. Electores feuda Electoratus ab Antiſtite Bambergenſi petere ac accipere neceſſe habeant. Notum n. eſt omnibus, Electores ea officia & feuda immediatè ab Imperatore recognoſcere, & ab aula ſolenni ritu accipere. *Cluten in Syllog. rer. quot. th. 24. l. o. in fin.* Quemadmodum Mauritius Elector Sax. Anno 1548. in Comitiis ſolenni inauguratione inſignia Electoratus accepiſſe, ac Auguſtus Elector de eodem ſimultaneè inveſtitus legitur apud *Sleid. lib. 20. Thuan. lib. 5.* plura exempla videri poſſunt *apud Bertram de Comitiis th. 83.* In hac igitur quæſtione diſtingvendum eſt inter ipſum Electoratum, quem Principes ab Imperio & officia Archipincernæ &c. quæ cum annexis commodis ſuis in feudum ab Epiſcopo Bambergenſi recognoſcunt, *Mar. Freber. c. 15. de orig. Palat. lib. 1.* (a) quæ ſententia etſi nova, non tamen fundamentis ſuis deſtituitur *arg. tit. 35. F. 2. Vult. de feud. lib. 1. c. 5. n. 14. verſ.* verum enimve *ô p. 108. Linck. feud. p. 2. n. 11. Hun. diſſ. feud. 4. th. 36.*

VII.

In infimo gradu ſunt Abbas (a) *Abbatiſſa,* (b) *Præpoſitus* (c) *Aliiq; inferiores Clerici, quos antiquum*

tiquum feudum etiam aliis conferre poſſe ſatis ſuperq; conſtat. (d)

(a) Qui in Monachorum ſoliditate & cænobio principatum obtinet, *Ant. Gotofr. in diſp feud. 2. th. 3. l. c.* unde Monachorum pater dicitur, *Dominus Præceptor Arumæus in diſp. Feud. 3. th. 5. in pr. Pet. Gregor. lib. 15. Syntag. jur. c. 13. Borch. de feud. c. 5. n. 21* Hodiè præpoſituram Monachorum denotare dicit *Schonborn. lib. 5. Polit. c. 36.* Verùm quemadmodum de Epiſcopis certum eſt, initio longè aliud fuiſſe eorum officium, ita de Abbatibus dicendum: qui paulò poſt hanc incomparabilem Epiſcoporum faſtum ſecuti, & ex ipſis quoq; aliqui talem rerum præeminentiam conſecuti ſunt. Unde de Sancto Gallenſi Abbatia apud Helvetios dicitur, quòd ea Abbatem adeò pompoſum habuerit, ut legatur eum mille equitum comitatu Argentinam eſſe ingreſſum, cum Walterus Baro à Gerolzeck in Epiſcopum Argentinenſem electus introduceretur, *parens m. in lect. memor. cent. 16. f. 577.* Sic unus Abbas Fuldenſis ſexaginta millia bellatorum Imperatori præbebat olim in hoſtem. *Thom. Lanſius apud Illuſtriß. Frid. Achillem D. W. in orat. 1. pro Germania f. 25.* Hodiè habent Regalia, & Principes Imperij dicuntur Geſürſte Abbt *Rut. Ruland. de Commiſſar. 4 n. 26. part. 2. Beſold. de juridict. Imperij q. 14.* qui temporibus Ottonis III. vel ut alij volunt, Carol. IV. *Cluten. in Syllog. th. 8.* Ordinibus Imperij adſcripti ſunt. Aliter *Kirchner de repub. diſp. 4. th. 2. lit. a.* Hujuſmodi ſunt Fuldenſis, Campidonenſis, Stabulenſis, Premenſis, Hirsfeldenſis, Murbacenſis, tales quoq; ſunt duo Præpoſiti nimirum Elbingenſis & Brechtesgadenſis, inter quos nonnulli repeniuntur, qui non tantùm nobiles, ſed etiam Comites & Barones atq; adeò Principes vaſallos habent. *Sixtin. de regal. lib. 1. c. 4. n. 139.* (b) Sed Pluto inquit Hoſpinianus non tantùm filios ſuos Monachos, ſed etiam filias & ſorores Monachas eò evexit, ut Principibus Imperij ſint adſcriptæ. *p. m. in lect. memorab. cent. 16. f. 635.* quæ Abbatibus in adminiſtratione rerum ſecularium & in conferendis etiã feudis æquiparari ſolent. *c. 1. in pr. ubi Bl. & Alvarot. qui feud. dar. poß. c. 1. Epiſcop. Abbat.*

bat. vel Abbatiſſ. c. Nova quadam de pœnit. & remiſſ. Zaſ. de feud. part. 5. num. 49. Roſenthal de feud. c. 4. concluſ. 18 n. 1. l. a. Gothofr. Ant. diſp. feud. 2. th. 3. lit. f (c) Hoc vocabulum de omni poteſt prædicari, qui Eccleſiæ præeſt, Cujac ad L. 2. C. de excuſ. muner. lib. 10. Sed uſus obtinuit, eum ſolummodo ſic vocari, qui quandam prioratus curam ſuper alios gerit, Q Goth: Ant diſp. feud. 3. th. 3. l. g. (d) De his recenſitis quæritur ultimo loco, an tales perſonæ, ut ſunt Epiſcopus, Abbas, Abbatiſſa &c. poſſint feuda ad ſe reverſa abſq; conſenſu capituli iterum infeudare, quod negandum eſſe videtur, per ea, quæ habet Schoner. in diſp. feud 2. poſit 46. Gail. Rutg. Ruland. de commiſſ. p. 4. lib. 2. c. 17. Cùm in omnibus actionibus concernentibus præjudicium Eccleſiæ, requiratur conſenſus, c. quando de his quæ fiunt ſine concenſu capituli. Deinde omnis alienatio rerum Eccleſiaſticarum Canonicè fieri debet. c. fin. de reb. Eccleſia non alien. Atqui tali conceſſione utile dominium in alium transfertur, atq; alienari videtur. Ergò. Contrarium tamen tanquam verius per aliquot rationes tenet. Magnif. Dominus Arumæus Curt. 2. q. 2. pert. feud. Zaſ. per text. in c. 2. verbo libere extr. de feud. quam ſententiam conſuetudine obſervari teſtatur Schneid de feud. part. 3. n. 28. Ad contraria reſpondet Dominus Aruma. diſp feud. 3. th 7. Prælaturâ autem vacante capitulum vel collegium Prælati perſonam repræſentat, & rei infeudationem facit feudi Eccleſiæ aperti Schrad. tr. feud. p. 4. c. 2. n. 32. quia tum tota rerum adminiſtratio eſt penes capitulum. Obrecht diſp. feud. 3. th. 62. poteſt etiam vocari ad comitia. Pauermeiſt. de juriſd. lib. 2. c. 7. Anno 1555. Dechand vnd Capitul zu Münden/ Anno 1576. Dechand vnd Capitul des Stiffts Halberſtadt.

VIII.

Satis de Perſonis Eccleſiaſticis, quæ feuda concedere poſſunt. Seculares ſive Laici ſequuntur, qui majori libertate infeudant. Inter Laicos autem æquiſſimo jure primarium locum occupat Impe-

Imperator (a) *Germanico* (b) *Romanus Chriſtiani orbis caput* (c) *cui poteſtas & facultas feuda Imperio aperta infeudandi*, (d) *Duces & Principes creandi* (e) *& rurſus cum conſilio Statuum* (f) *degradandi feudis & Regalibus exuendi propriè competit.* (g)

(a) Quemadmodum in uno corpore phyſico una anima, quæ imperat, in mundo unus Deus, qui omnia moderatur: Ita Imperator Imperium noſtrum, tanquam ſummus & primus, regit ac dirigit *Beſold. in diſp. polit. claß. 1. diſp. 1. th. 38.* à quo omnes dignitates, juriſdictiones, conceſſiones, & inveſtituræ ceu perenni fonte fluunt, & ad eundem per appellationes, nullitates, & querelas refluunt. *Thom. Michael. de juriſd. th. 1. Excellentißimus Dominus Præſes & Præceptor in Donell. Enucl. lib. 17. c. 7. not. O. Vultur. de Valent. in Parthen. litig. lib. 1. cap. 16. num. 23. Kirchner. de Repub. diſp. 2. th 4. Rittershuſ. in part. feud. lib. 1. cap. 5. num. 15. Geil. 1. obſ. 30. num. 21.* Imò eſt mundi dominus *l. 9. ff. ad L. Rhod. de jact. l. 3. C. de quadr. præſcript l. 32. C. de appell. Treutl. p. 1. diſp. 1. th. 5. l. 4. Bornit. de jure Majeſt. cap. 7.* Ut de ſeſe teſtantur Ludovicus IV. & Frideric. Pulcher his verbis: Wir Ludwig vnd Friedrich/ etc. bekennen/ daß wir vns miteinander verbunden haben ewiglich/ daß wir das Römiſche Reich/ darzu wir beyde erwehlet vnd geweihet ſeyn/ mit allen ſeinen Würden/ etc. vnd was es hat vnd darzu gehöret/ vber alle die Welt/ miteinander gleich als ein Perſon beſitzen ſollen vnd wollen. *Anton. Coler de jure Imperij German. ſect. 14.*

(b) Dignitatem enim hanc Germanorum imperialem cum C. Magnus primum Germanorum ſangvini immiscuiſſet, eam poſteri ſibi ita devinxerunt, ut jã inter Imperij fũdamẽta les ſit leges, ne quis Gallus vel ex alia natione oriũd⁹ in Imperatorem eligatur, *Lanſius apud Frid. Achillem in orat. pro Germania*

nia fol. 104. Buxtorff ad A. B. th. 31 l. ſ. Eberhard. à Weibe. in prob. reg. utrius regni condit. mel. &c. Sleid. lib. 1. de ſtat. Relig. Si exterum admitteremus, metuendum ſanè, ne ille ereptis Electorum ſuffragiis dignitatem Imperij familiæ ſuæ perpetuam conſervare properet. *Magnif. Dominus Præceptor Arumæus in diſcurſ. 2. A. B. th. 3. Auct. de jure Principat. th. 9. lit. a. Althuſ. in Polit. c. 19. n. 76.* (c) Univerſa Germanorum Reſpub. componitur ex capite & membris *Thuan. lib. 2. in pr. hiſt. Ant. Coler. de jure Imp. Germ. th. 1. Bertram de comitiis th. 16.* quorum illud Imperator, itemq; ſuo reſpectu Rex Romanorum: Hæc ſtatus repræſentant. Sicut autem caput cæteris corporis humani partibus dignius eſt, *l. 44. ff de Relig. & ſumt. fun. l. 17. C. de pæn.* ita & Imperatorem omnium totius orbis Regum Chriſtiani digniorem cenſeri colligitur. *Arumæ. in diſcurſ. 2. A. B. th. 12.* (d) Sunt qui Imperatoriā Majeſtatē adeò in arctū impotentiæ ergaſtulū compingunt, ut ſe totos dicāt ea eſſe in ſententia, quod ſummus Princeps ſeu Imperator Romanus nequeat de bonis Imperii de novo quenquam inveſtire. *Thom. Michael. de Juriſd. th. 13. Tobias Paurmeiſt. de juriſd. lib. 2. c. 4. n. 7.* Et quamvis hoc optimum remedium ad labaſcentis Imperij vires nonnihil reſtaurandas, *Buxtorff ad A. B th. 87.* tamen tantùm abeſt, ut vel ſemel uſu receptum, ut etiā ſæpius contraria obſervantia abolitum eſſe videatur. Urgent autem imprimis capitulationem, quæ extat apud *Sleidan. lib. 1. his verbis: Imperij bona, quæ fortè vacabunt, nemini conferat, ſed ad publicum patrimonium referat.* Et quia hæc capitulatio à magni nominis ICto quodammodo diſputabilis facta, placet ipſum originale adſcribere, quod extat apud. *Melch. Haiminsfeld. Goldaſt. part. 2.* Reichsſatzung f. 184. hunc in modum. Was auch von Lehen dem Reich vnd vns bey Zeit vnſer Regierung eröffnet/vnd ledig heimfallē wird/als Fürſtenthumb/Graffſchafften/Herſchafften/Städten/vnd dergleichen/die ſollen vnd wollen wir niemand verleihen / ſondern zu vnterhaltung des Reichs vnſer vnd vnſer Nachkommen

men der König oder Keyſer behalten inziehen vnd incorporirn. Antiquis quidem temporibus poterat Imperator majores dignitates & feuda Regalia abſq; Statuum conſenſu conferre *per tit. 7. lib. 1. F. ibi ſi princeps. inveſtierit capitaneos tit. 10. lib. 2. feud. tit. 14. lib. 1. F.* Verùm poſt A. B. per capitulationem inter Carolum V. & Imperii Principes initam expreſsè ſancitum & conſtitutum eſt, ne Imperator Regales dignitates Imperio apertas ſine conſenſu Electorum reinfeudet, *Roſenthal. cap. 10. concl. 11. num. 10.* quod inter alia formula privatsonis Wenceslai Imp. oſtendit Als der den Herrn zu Pavei zum Graffen gemacht/auff des Reichs Stätt / Schloß vnd Gütter / das ſoll vnſer Herr der König wiederruffen vnd abthuen / weil er dz keine möge noch Macht zu thun hat/vnd gröblichen wieder das Reich iſt. Eleganter hunc in locum *Buxtorff. d. l. & Magnif. Dominus Arumæus in diſcurſ. Acad. ad A. B. 4. th. 16. ubi multa exempla & argumenta pro hac opinione refert, nec unquam ab aliis ita tractata fuit.* In Electoribus verò permanſit jus vetus incorrectum, idque ex ea ratione factum, ne Electorum numerus ſeptenarius minuatur. *Buxtorff. d. lo.* Ita Sigiſmundus Imper. extinctâ familia Urſorum in Alberto Electoratum Saxoniæ ad Imperium devolutum Friderico I. Marchioni Miſniæ in feudum dedit, ex quo hodierni Electores Saxoniæ deſcenderunt. *Balthaſar Menz.* von Stammen vñ Ankunfft der Churfürſten zu Sachſen vnd Marggraffen zu Meiſſen. Idem dici poteſt de Electore Mauritio. Anno 1548. q de Electoratu Saxon. ſolenniter à Carolo V. fuit inveſtitus *Sleidan. lib. 20. de ſtat. relig.* Hiſce præmiſſis facilior eſt reſponſio ad graviſſimam illam quæſtionem: An ſolus Imperator abſq; interventu parium Curiæ de hiſce majoribus feudis cognoſcere poſſit, quod negandum eſſe arbitror per noviſſimas Imperii leges, quæ expreſsè conſenſum requirunt, ut in receſſu Anno 1500. 1512. 1521. & ſeq. videmus enim quotidiè Imperatorum poteſtates reſtringi per capitulationes, nec quicquam in rebus graviſſi-

D mis im-

mis imperium concernentibus, abſque Electorum conſenſu ſtatuere poſſe. Propterea in talibus cauſſis ſemper hæc clauſula adjecta conſpicitur, vnnd haben wir vns mit den Ständen/vnd ſie ſich hinwiderumb mit vns verglichen. *Beſold. de jurisd. Imperii Roman. q. 13. & diſſer. Nomicopol. diſſ. 14. n. 8.* (e) *Roſenthal. de feud. cap. 2. concluſ. 2. num. 3.* Fridericus Barbaroſſa Ducem Bohemiæ Regem conſtituit *Bod. c. 9. lib. 1. de Republ.* Sic Otto III. Boleslao Duci Poloniæ dignitatem & quoque immunitatem tribuit *Peucer. 4. Chron. p. 773.* Eodem modo Fridericus Imp. Duci Daniæ dedit Regia ſtemmata *Schönborn. lib. 5. Polit. c. 15.* ſimiliter invictiſſimus Imperator ANNO 1595. bellatorem Heroicum Tranſylvaniæ Waiwodam Sigiſmundum Bathorem ꝑpter heroicam virtutem, quâ multoties admirabilicum ſucceſſu contra Turcum pugnârat, Principem Romani Imperii creavit; *Lanſius apud Frid. Achill. fol. 104.* ex quibus apparet dignitas Imperatoris, qui aliis non competit. *Auct. de jure Principat. th. 88. l. b.* (f) Magna negotia magnis adjutoribus egent *Vent. de Valent. in Parthen litig. lib. 1. c. 2. n. 35.* quod promiſit etiam Imp Rudolph. II. in cap. ſua circa fin. wir wollen vnd ſollen zu wichtigen ſachen/ſo das Reich betreffend/bald anfangs der Churfürſten raths vnnd bedenckens vns gebrauchen. (g) Cujus enim eſt eligendi, illius etiam eſt jus deponendi. Seculares Principes ſi graviter deliquerunt, puniuntur ordinariâ pœnâ banni. *Gail. lib. 2. de Pac. pub.* Eccleſiaſtici verò Regalibus & Privilegiis privantur. *Cluten. in ſyllog. rer. quot. th. 20. l. i.* Olim apud Suevos & Francos ſeditioſi, rebelles, & refractarii, ſi nobiles eſſent, ignominiæ causa canem, plebejus verò ſellam de Comitatu in proximum Comitatum ferre cogebatur. *Parthen. litig. lib. 7. cap. 3. n. 28.* quemadmodum Fridericus Barbaroſſa Hermannum Comitem Palatinum Rheni & decem ſocios alios comites, quod ſe in Italia abſente prædationibus & incendiis pacem publicam turbaſſent, per integrum miliare Germanicum canem portare coëgit. Unde proverbium: Digni qui canes portarent. *Thom. Lanſius in orat. apud. Frider. Achill. contra Italiam.*

IX.

In eodem ſuperioritatis gradu ſunt Rex Romanorum [a] *& reliqui Reges, ſuperiorem non recognoſcentes, ut ſunt Galliæ, Angliæ, &c.* [b] *quibus conjunguntur Electores* (c) *Archiduces.* (d)

(a) Qui à Feudiſtis ut *Hottoman. in Lexic. Feud. verb. Rex. Roſenthal. de feud. cap.5. concluſ. 1. l. c.* Imperator dicitur. Sed rectius hoc loco ab Imperatore ſeparatim ponitur *Cluten in ſyllog. rer. quot. th.23. in pr. Petr. de Andlo. lib. 2. c. 5.* propter officia diverſa, quæ in adminiſtrando ſuſtinent. Imò Rex Romanorũ Imperatorem ſuperiorem recognoſcit, ejusque autoritatẽ comiter obſervare tenetur, *Daniel Otto in Method. juris pub. c. 15. fol. 544.* nec ullam in Imperio poteſtatem habet ſic enim Proteſtantes ANNO C. 1532. Schwinfurti cum Cæſare conveniebant: ut ſi quando Rom. Rex creetur vivo Cæſare, non ſuo, ſed Cæſaris tantùm nomine Rempub. adminiſtret. nec ullam ſibi poteſtatem aut Imperium arroget. *Ant. Coler. de jure Imper. German. ſect. 9. Beſold. de jurisd. Imper. q. 13.* Ex quibus clareſcit, ipſum feudá Imperii non poſſe concedere pro ſuo arbitrio. Regis enim Romanorum pleniſſima poteſtas ſaltem in adminiſtrando non in alienando conſiſtit *l. 12. Cod. de transact.* Et mandatum de libera adminiſtratione non extenditur ad quodammodo pernicioſa, *l. 1. §. 1. ff. de off. proconſ. Thom. Michael de jurisd. concluſ. 29.* (b) Olim quoque illi ſummæ appellationis faſtigio inerant dignæ vires, quæ paulatim emarcuerunt, veluti fatali ſenectute. *Euphorm. in Icon. anim. c. 5. Zach.* Friedenreich *in Polit. cap. 30. in fin. Treutl. diſp. 1. th. 5. in pr.* Et ſic poſt DEUM immortalem hodiè nullum ſuperiorem recognoſcunt *Beſold. de jurisd. Imperij Rom. q. 6.* qui nunc omnes majori libertate infeudant quàm Imp. Quemadmodũ ludiſſimum ſolis jubar præ

aliis omnibus ſtellis ſolùm lucere exiſtimatur: quamvis cæteræ ſtellę etiam ſuo lumine non deſtituantur *Beſold. de juriſd. Imperij* Rom. *q. 2.* Sic in Imperio Romano Germanico ſummo D[illegible] munere inter cætera ἀξιώματα præfulgent Electores. *Mich. Schiferer de orig. & poteſt. Elect. th. 1.* Hi enim ſunt, quibus nominandi Imperatoris patrio more conceſſum jus: neque alium quàm ingentis potentiæ virum, & qui vel opulentis ditionibus vel purpurâ ſceptrisq; emineat, Cæſarem dicere debent, *Euphorm. in Icon. anim. c. 5. Ventur. de Valent. in Parth. litig. lib. 1. c. 6. num. 14. Zach.* Friedenreich *in Polit. cap. 18.* ita ut Regibus eos non immeritò comparaſſe videatur, *Heig. p. 1. q. 4. n. 15. Daniel Moller lib. 1. c. 40. n. 7. ſemeſtrium. Waremund. ab Erenberg. c. 2. n. 147.* quod teſtatur etiam B. Lutherus in ſeinen Tiſchreden c. 38. die Churfürſten ſchreiben Königen Ewer Lieb vnd nicht Ewer Gnaden / denn ſie ſind Königen gleich geachtet. Præterea ne ſplendori hujus Collegii quidquam deſit, pręter jus eligendi ſinguli Electores peculiari quoque officio in coronatione & curia Imperatoris obeundo jure ſuperbiunt *Bertram in diſp. de comitiis tit. 32.* Aliaque multa privilegia ab Imperatoribus ipſis conceſſa obtinent. Exinde pariter vacante ſede Imperatoriâ Palatinus &, Saxo Imperii proviſores ſunt. *Lanſius in orat. cont. Italiam f. 62. Thom. Michael. de juriſdict. Parth. Litig. lib. 2. c. 5.* Omniaque illa poſſunt, quæ ipſe Imperator, cujus vicem gerunt. *per text. in l. 5. §. à præfectis vel eo. ff. de legat. 3. Arnold. Clapmar. lib. 7. de arcan. Imperij cap. 20.* Quemadmodum mortuo Conrado Imperatore Elector quidam apud Guntherum ait: In manibus noſtris regnum eſt; ea quippe poteſtas ad nos pro more ſuo ſemper viduata recurrit. Poteſtas autem illorum ad feuda imperio aperta concedendi non extenditur, quæ ſibi reſervat ſolus Imperator aut Rex. Rom. Außgenommen der Fürſten Fahnlehen / denn derſelben Lehen vergleichnüs behalten wir einem Keyſer oder Römiſchen König / Reichs abſchied An. 1521. §. vnd behalten vns. Quia verò hæc conſtitutio mentionem

tionem

tionem ſolumodò facit feudorum, quæ cum vexillis inveſtir ſolent, in disquiſitionem vocantur feuda Archiepiſcoporum Epiſcoporum, & Abbatum, q̃ non cum vexillis, ſed ſceptro inveſtiri ſolent, an illa vicarii poſſent concedere. Et licet reſervatio unius ſit abdicatio omnium aliorum, & exceptio cõfirmet regulam in caſibus non exceptis, & q̃ ſunt alia: Tamen ex conſuetudine, quę pro lege habenda hæc res decidenda erit, In generali n. ſignificatione & appellatione Principum veniunt etiam Archiepiſcopi, quatenus ab Imperatore ſunt inveſtiti; Et incluſio unius non eſt excluſio alterius eandem rationem habentis. Ad differentiam tantum pſonarum Secularïũ & Eccleſiaſticarũ hęc inveſtituta eſt introducta, quo verò ad titulum & dignitatem nulla eſt inter eos differentia, imò ipſis digniores ſunt. E. argument. à majori ad minus maximè hic procedit *Buxtorff. ad C.V. A.B. concl. 69.* Quid verò de feudis Comitatus & Baronatus dicendum eſt, an hæc excepta eſſe videantur, ita ut vicariis libera poteſtas ſit, de his pro lubitu diſponere, quod itidem negandum eſſe arbitror, per ea quæ tradit *Sixtin. de Regal. lib. 1. c. 8. n. 15. Jacob. de S. Georg. in inveſt. verb. Princeps. Sichard. in l. ex imperfecto num. 5. C. de teſtam.* (d) Dicitur Archidux, quaſi qui ſit ſupra Duces, ſicut Archiepiſcopus eſt ſupra Epiſcopos, *Mozzius de feud. tit. de his qui feud. dar. poſſ. num. 66. Matthæus Stephani. de juriſd. lib. 2. cap. 6. num. 77.* qui titulus in familia Auſtriaca primum cepiſſe dicitur, *Rittershuſ. in part. feud. c. 5. num. 15.* nec etiam hodiè tale nomen ullis aliis, quàm qui ſunt in ea familia competit. *Sixtin. de Regal. lib. 1. cap. 4. n. 30. Pauermeiſt. de juriſd. lib. 2 c. 8. n. 3.* Hi Electoribus pares ſunt, partim etiam eos ſuperant. *Cranz. lib. 6. Sax. c. 8.* De privilegiis eorum integrum tractatum ſcripſit *Thomas Haſelbach.* Poſſunt enim propriâ auctoritate nova vectigalia inſtituere, & non ſolùm nobiles, ſed etiam Comites creare, *Cluten in ſyllog. th. 25.* quæ denotant ſingularem prę ceteris Principibus excellentiam. Item das ein Hertzog von Oſterreich der Königlichen Cron / Diadem auff ſeinem Oſterreichiſchem Hüttlein offentlich tragen mag. *Wener. in obſer. pract. in verb.*

in verb. Stand des Reichs. Quin etiam jus Archivi habent. *Rutg. Ruland. de commiſſar. c. 3. n. 23.* Jmo etiam à jurisdictione Cameræ ſe exẽtos volũt. *Thom. Michael. de jurisd. concluſ. 23.* Nec minimum eſt privilegium Domus Auſtriacæ. das die Ertzhertzogen nicht ſchuldig ſeyn vmb empfahung jhrer Lehen außerhalb des Landes Oſterreich nach zureiſen / ſondern ſie ſollen in demſelben Lande gelichen werden / vnd jhnen ſo das verſaget würde / ſollen ſie das dreymahl ſchrifftlichen erſuchen vnd erfordern / vnnd mögens demnach ohn alle furcht der Seligkeit beſitzen als hetten ſie es leiblich empfangen. *Arniſæus de jure Majeſtat. cap. 5. p. 149.*

X.

Hos ſequuntur Principes [a] *ſive Duces* [b] *Imperii Marchiones* [c] *Comites, Barones* [d] *Nobiles* [e] *& Civitates* [f] *liberæ Imperiales, qui feuda ſua etjam aliis concedere poſſunt.* [g]

(a) Princeps ex eo dictus quod ſit rerũ primus *Tacit. lib. 1.* hîc non abſolute ſumitur pro Imperatore, ſed refertur ad eos omnes, qui Regalem dignitatem habent, *Six. de Reg. lib. 1. c. 4. num 25.* & ab Imperatore in partem ſolicitudinis recepti ſunt *Gregor. Tholoſ. cap. 4. num. 3. lib. 6. de Rep.* ſed nonnulli in ſpecie Principes nominantur, qui nec Duces nec Marchiones ſunt, ut in Imperio Princeps Anhaltinus Fürſt von Anhalt *Beſold. de jurisdict. Imper. Roman. q. 14.* Interdum confunduntur hæc vocabula Hertzog & Fürſt quamvis plerique diſtinguant Hertzogen ab iis q nominãtur Fürſten. *Borch. de Feud. c. 5 num. 25.* majorem illis, quàm his tribuentes dignitatem. *Rittershuſ. in part. feud. cap. 5. n. 15.* De Germaniæ Principibus nota eſt Caroli V. ſententia, quando dicere ſolitus eſt, ſe in aliis regnis mancipiis & ſervis in Germania verò Regibus imperitare. *Ant. Bullæ. in orat. quibusnam*

compet.

compet. jus nobil. f. 39. Bernhard. Zieriz. de princ. int. ipſ. prærogat. 1. J. Neque nudum ab ipſis rebus verbum Maximiliani I. Imperatoris eſt, cum diceret, ſe Regum Regem eſſe, in Germania, Regem verò Hiſpaniæ hominum, & Galliæ Regem aſinorum. *Kirchner.* Regem Britanniæ Diabolorum *Lanſius in orat. pro Hiſpania fol. 211.* Ex quibus videmus liberrimos eſſe Germaniæ Principes & ſtatus; magis quàm omnes alii, qui in cæteris Regnis *Clariſſ. Dominus Præſes & Præceptor in Enuclea. Donell. lib. 17. cap. 19. not. G. Auctor de jure Principat. th. 9. l. a. Kirchnerus t. de legat. cap. 3. Beſold. claſſ. 1. diſp. 9. th. 7. Zieriz. de Princip. prærog. l. H. Cluten. in ſyllog. th. 26. l. a.* (b) Qui ab Imper. de Ducatu aliquo inveſtiti ſunt *in c. un. quis dicatur Dux vel March.* quorum inveſtitura plerunque ita ſeſe habet, Wir Keyſer belehen N. N. mit dem Hertzogthumb / Pfaltzgraffſchafft / Marggraffſchafft / Fürſtenthumb / Graffſchafft / Biſchoffthumb / Prælatur, mit allen Gerichten Oberſt vnnd Niederſt / *Paurmeiſt. de jurisd. Imperii lib. 2. cap. 19. n. 12.* ſignificatione planè diverſâ à veteri, non ut olim muneris & adminiſtrationis, ſed patrimonii nomina ſunt *Clariſſ. Dominus Præſes in Donell. Enucl. lib. 27. c. 9. not. H. Beſold. in diſp. Polit. claſſ. 1. diſp. 2. th. 27. Arnold. Engelbrecht. de jurisd. Imperij th. 123.* & à territoriis de quibus inveſtiuntur Duces, & Marchiones denominantur: neminem enim Principum in Germania reperiri, atteſtatur *Andr. Knichen de Sax. non prov. jur. verb. Ducum Saxoniæ c. 4. num. 6.* qui Dux Marchio vel Princeps dicatur, cui non realitas territorii reſpondeat, vel ditio ab ipſo poſſideatur vel ſaltem à majoribus ſuis non fuerit poſſeſſa *Beſold. claſſ. 1. diſp. 3. th. 13.* Ex his nunc apparet, quàm malè vulgò noſtri Electores, Duces, Comites & Barones præfectis prætorio, Proconſulibus, Præſidibus antiquis æquiparentur, & indiſtinctè ab his ad illos argumenta ducantur: cum toto cœlo Imperiũ & jurisdictio Principum modernorum diſtet à jurisdictione Proconſulum. *Bachov. ad Treutl. diſp. 3. th. 6. l. e. Parth. litig. lib. 2. c. 5. n. 43. Rauch. quæſt. 13. n. 22. Thom. Mich. de jurisd. th. 132. l. a. Weſenb. in w. ff.*

in = *ff. de leg. nu. 3. Coler. de proceſſ. execut. part. 2. cap. 1. num. 140. Harpprecht. ad §. 1. Inſt. de oblig. n. 4.* (c) De derivatione verbi Marchiæ mira eſt Dd. diſſenſio, de quo *Schönborn. lib. 5 Polit. cap. 5.* & Marchio a voce Gramanica March deſcendit quâ limes ſignificatur, *Petr. Heig. part. 1. q. 2. n. 57.* Isq; dicitur, qui certo Regno limi,i cum Imperio præeſt, *Vult. de feud. c. 4. n. 16.* Germanicè Marggraffen / vel ein Fürſt der vber ein ſolch Land Richter iſt / das an den gräntzen des Teutſchen Reichs liegt. *Borch. de Feud. c. 5. n. 34. Beſold. diſp. Polit. Claſſ. 1. diſp. 9. th. 9.* olim Marchenſes dicti, ex quo Itali Marcheſe, Galli Marquis, ſuum fecerunt. *Cluten in ſyllog. rer. quot. th. 26. Freher. ad P. de Andlo lib. 1. cap. 12. verb. Marchia.* Verùm hęc omnia officiorum olim nomina fuerunt. Poſtquàm v. provinciæ in feuda commutatæ ſint, Marchiones etiam Principibus Imperii adſcripti ſunt, qui in terris ſuis Regalia, & jura Majeſtatis non aliter ac Reges exercent: adeòq; ut in hos Principes etiam crimen læſæ Majeſtatis, licet non eàdem gravitate pænæ puniendum comittatur. *Bachov. ad Treutl. diſp. 23. th. 1. l. o.* pleraque n. Majeſtatis jura ab uno capite ad omnia membra conjunctim tranſierunt. *Arniſæus in Polit. cap. 2. ſect. 4. n. 87.* Eoq; reſpectu ſua in ditione id poſſe dicũtur ꝙ Imperator in Imperio *Zach.* Friedenreich. *in Polit. c. 18. in fin. Nobiliſſ. Dnus Becht. de ſalvo conductu concluſ. 158. Ventur. de Valent. in Parthen. litig. lib. 3. c. 5.* Et quantum univerſas terras antecedit Germania *Magnif. Dominicus præceptor Arumæus in diſcurſ. Acad. 17. th. 1. Schönborn. in Polit. lib. 4. cap. 5.* tantùm Marchiones & Principes alii, omnes alias gentes omni prærogativarum excellentiâ ac multiplicibus virtutum miraculis vincunt. In Gallia n. Comites Marchionibus præferuntur. *Pauermeiſt. de juriſd. Imper. lib. 2. c. 20. n. 18.* ſic ſpeculator ille in Agro Lunenſi ſe vidiſſe refert triginta Marchiones in fico arbore contra famem ficis depugnantes, *apud Illuſtriſſ. Ducem Wurtember. Fridericũ Achillem in orat. contr. Ital. ubi ridet. tot.* Marchiones in Italia, quibus nullus eſt Marchionatus, tot Comites, quibus nullus eſt Comitatus, tot Equites, quibus nec equus nec calcaria nec ocreæ ſunt. (d) De varia ſignifi-

ſignificatione hujus vocabuli tractant Politici, & licet in libris Feudalibus nulla fiat mentio Baronum, moribus tamen Germaniæ inter Comites & Barones præter nominis ac ordinis rationem parum vel nihil intereſt. *Schrader. de feud. part. 2. ſect. 1. n. 22.* Hinc in derivatione hujus vocabuli Barones dictos eſſe volunt, quaſi pares, ſc. quod pares ſint Comitibus. Sic in lingva noſtra dicuntur Freyherrn / fortaſſis quod liberum illis ſit Comites fieri, quandocunq; placet: ſicut Licentiatis fieri licet Doctores, quandocunq; ipſis libet. *Wener. in obſer. pract. in verb.* Freyherrn / (e) Nobilium nomen latiſſimè patet, ut complectatur omnes ordines, uſq; ad plebeios. *Matth. Steph. in tr. de Nobil. cap. 3. n. 5. c. conſtitutis. extr. de teſtib. ubi Innocent. III. Marchionem Miſnenſem vocat virum Nobilem.* Speciali tamen ſignificatione ij tantùm veniunt, qui ſunt infra Barones, quorum alij in Germania Principibus ſubjecti, alij verò Imperio immediatè parent, & præ aliis ſingulari prærogativâ gaudent, vocantur die freye vom Adel / freye Ritterſchafft. Privilegia eorum refert *Cluten. in Syllog. rer. quot. th. 26. lit. n. Sixtin. de regal. c. 4. n. 96.* (f) De Civitatibus idem quod de Nobilibus dicendum, qui non tantùm jura Principum habent, *Geil. lib. 2. obſ. 57. n. 7. lib. 1. de pac publ. c. 6. n. 11. de arreſt. Imperiſſ. obſer. 9. n. 1.* Sed etiam generica Principum definitione, propriiſſimè, ut ſpecies ſub genere continentur. (g) Quia cuilibet ſecundum juris communis diſpoſitionem non tantùm uſq; ad tres vices, ſed & deinceps uſq; in infinitum permittitur ei, qui feudum accepit, alium ſubinfeudare. *Vult. de feud. lib. 1. cap. 10. n. 79. Schneid. in feud. part. 3. n. 89.* Ab hac v. Regula non excipiuntur Duces, Principes &c. cur ergò jure communi ſtandum non eſſet, cum tales perſonæ privilegiis majoribus utantur quàm privati? Verùm dicat aliquis cum *Bocero de qual. & diff. feud. c. 3. n. 11. & ſeq.* hodiè dignitates territoriis adhærere, quod experientia comprobavit in Illuſtriſſimo Duce Würtenbergico Friderico, qui ſolo ſucceſſionis jure in Ducatum Würtenbergenſem & Teccenſem ſine ſpeciali Imperatoris creatione Dux eſt effectus *Beſold. de appell. cap. 2. n. 19. Petrus Frize apud Dominum Arumeum diſcurſ. 16. concluſ. 17.* Jam v. ſi talis conceſſio eſſet licita, ſequeretur, quod ille, qui feudũ accipit, à Principe vel Comite Princeps efficeretur,

tetur, quod tamen eſt contra notoriam conſuetudinem. Verùm dignitates non rei cohærent ſed perſonæ. *Vulſt. de feud. cap. 8. n. 9.* & à ſolius Principis poteſtate & voluntate ſive tacitâ ſive expreßâ deſcendunt. *Dominus Benedictus Carpzovius amicus meus in ſynopſi Jur. Feud. c. 2. th. 49. & 50.* Non obſtat illud exemplum Ducis Würtemberg. Ille n. hanc regalem dignitatem conſecutus eſt non à ſolo territorio ac provincia, in quam ſucceſſit, ſed ab Imperatore, qui tacitè hoc approbavit, & poſteà inveſtiturâ confirmavit. *tit. 10. lib. 2. Feud.*

X I.

Nullius ſuperioritatis ratione feudum concedunt valvaſores (a) *minimi, ut ſunt plebei & pagani* (b) *de quibus difficilis illa quæſtio ſolet agitari; An quoq; ruſticis negotiatoribus & hujusmodi generibus ſimilibus privatis perſonis licentia ſit bona ſua in feudum dare? Negativa ſententia etſi probabilior eſſe cenſetur Duareno & Fachineo* (c) *Nobis tamen affirmativa certiſſima eſſe videtur.* (d)

(a) Inde dicti, quod ad valvaſores dominorum cuſtodiæ & reverentiæ cauſâ ſtare ſoleant, quod pulcrè explicat *Frider. Mind. lib. 2. de mand. c. 42. n. 4.* ubi hoc vocabulum deducit à Germanico Wal, quod ſignificat aggerem, propugnaculum, munitionem, & Vaſt h. e. firmum, & Veſtung h. e. fortalitium, hinc Valvaſores quaſi Walvaſters. (b) *c. 1. in fin. tit. 7. lib. 1. F. tit. 15. lib. 1. F. c. 1. de F. dat. Weſenb de Feud. c. 4. n. 4. Hart Hartm. obſer. 29. n. 3. Schoner. lib. 1. diſp. feud. 2. th. 43.* (c) *Duar. de feud. c. 6. n. 9. Fach. 7. contr. 64. Johann. Niell. diſp. feud. 2. th. 2. Curt. Jun. part. 2. q. 4 n. 12. moti per c. 1. de his qui feud. dar. poſſunt.* Feuda n. plerumq; ſunt clientelæ militares, quibus ſi abundarent ruſtici, fortè inde rebellarent: qualis fuit præterito ſeculo ruſticorum conſpiratio *Receſſ. Imper.*

Spira

ſtre.tree. §. Zumandern. & Anno 1525. §. dergleichen. fol. quibus ſe junxerunt Bambergenſes. Es hat ſich die gantze Bürgerſchafft zun Bamberg zu Bawern geſchlagen / vnd Bäuriſch worden / *Compil. Symphor. tom. 4. vol. 30. n. 303.* Illi ruſtici cum in vexillis haberent rotam depictam, natum eſt proverbium: Er iſt der rechte Rädlinsführer. *Sleid. de Stat. relig. l. 4. p. 100.* (d) Textus eſt expreſſus in *c. un. quis dicatur Dux vel Marchio lib. 2. F. 10.* Item in *c. un. tit. per quos fiat inveſtit.* Ruſticus n. poteſt res ſuas ita alienare, ut ſimul cum uſufructu proprietatem alienet. *l. in re. mand. §. per traditio. Inſt. de Rer. diviſion.* Ergò multò magis poterit ita alienare, ut proprietatem translato uſufructu retineat, *lib. 2. F. t. 8. §. quamvis n. poß.* nam cui licet, quod plus eſt, debet etiam licere, quod minus eſt, *l. 41. de R. J.* Deniq; cui convenit forma ſpecifica, eidem quoq; convenit res formata, ſive ſpecies: Atqui fidelitas (in qua feudi forma ſubſtantialis conſiſtit) æquè præſtari poteſt plebeio atq; Nobili; Ergò etiam plebeius poteſt feudum dare, *Clariſſimus Dominus Hunnius in tr. feud. cap. 7.* Eandem ſententiam probat & hoc, quod feudum concedere, nihil aliud ſit, quàm vaſallum beneficio afficere *c. 1. §. F. 23.* Ruſticus autem, quin donare & alienare poſſit & beneficia in alium transferre nullà impedit ratio, *Goedd. diſp. feud. 2. th. 2. l. 4. Roſenth. in ſynopſi feud. c. 3. Kubach. in quæſt. polit. p. 684. Ruding. lib. 1. var. lect. feud. c. 25.*

XII.

Cæterum ex propoſita regula nunc apparet, duo eſſe hominum genera, quibus feudum dare non licet. Sunt enim quidam, qui adminiſtrationem bonorum habent legitimam, nec tamen domini ſunt eorum: Et ſunt contra, qui domini ſunt, ſed adminiſtrationem bonorum non habent. Prioris generis Procuratores (a) *Tutores & Curatores* (b) *Poſterioris*

ſterioris verò generis ſunt pupilli, infantes, prodigi, furioſi, qui nullo pacto inveſtire poterunt. (c)

(a) Procurator duplex eſt. Nam eſt vel cum libera conſtitutus vel ſine libera. *Valent. Forſt in tr. de pact. c. 5.* Procurator univerſarum jus feudi conſtituendi non habet, ſed is cui vel ſpeciale mandatum & libera ſeu plena bonorum adminiſtratio eſt conceſſa à domino: modò tamen id faciat cum utilitate domini. *Vult. de feud. lib. 1. cap. 3. n. 2. Niell. diſp. feud. 2. th. 2. lit. b. Schrad. de feud. part. 4. cap. 1. n. 96. Bocer. de inveſt. cap. 3. n. 52.* Hi n. cum bona permutare poſſint. *l. 58. ff. de procur.* itemq́; alienare *l. 9. §. 4. ff de acquir. rer. dom.* Proculdubio & de illis feuda dare poſſunt; cum plus ſit alienare, ac ſimpliciter transferre, quàm in feudum dare. *Roſenth. cap. 8. concluſ. 9. Obrecht. diſp. feud. 3. th: 154. Schoner. in diſp. feud. lib. 1. diſp. 2. th. 18.* Accedit deniq; hoc argumentum: Quicunq; poſſunt inveſtituram facere, illi etiam poſſunt feudum dare. Atqui procurator hoc poteſt *c. 1. verſ. ſed utrùm. per quos inveſtit. fiat.* Ergò. Hodiè in aulis Principum inveſtituræ fiunt per Cancellarium & Conſiliarios durch Cantzler und Räth/ *Weſenb. de feud. c. 8. n. 12. E. à W. de fæd. lib. 2. c. 1. n. 164.* In aula verò Cæſarea Principatuum & Ducatuum inveſtituras ipſum Imperatorem, Comitatuum a. Conſiliarios Imper. des Reichs Hoffräth/ conferre, teſtatur *Magnif. Dominus Arumæus in diſcurſ. 3. A. B. th. 39.* (b.) Si quicquam eſt in Politica adminiſtratione, quod diligentem ſedulamq́; curam mereatur; certè tutela & cura pupillorum potiſſimum hac in parte ſibi vendicat locum. *Beſold. de ſucceſſ. Reg. lib. 3. diſſ. 4.* Plerumq́; enim tutores non ſatis ſuo nomini reſpondent, & ſibi potius quàm aliis vigilant, ut quotidiana teſtatur experientia: non igitur abſq; ratione denegata eſt ipſis infeudandi poteſtas, licet rerum pupillorum ac minorum liberam quodammodo habeant adminiſtrationem, quoniam tamen reverâ illarum domini non ſunt. *l. 11. §. ſi tutoris ff. quod vi aut clam. l. 27. ff. de adminiſtr. tut. l. 5. §. pen. de furt. Clar. Domin' Præſes in Donell. Enucl. l. 3. c. 12. not. c.* inſuperq; res neq; mobiles neq; im̃obiles alienare

poſſunt,

poſſunt, deq; donare *l. 7. ff. de donat. l. 22. C. de pact. l. 46. §. fin. ff. de adminiſtr. tut. Goedd. diſp. feud. 4. th. 1. l. b.* Igitur feuda de ijs conſtituere nequeunt. *l. 27. C. de adminiſtr. tut. junct. tit. 3. §. 1. lib. 2. F. Dominus Benedict. Carpzovius in Synop. feud. c. 3. th. 101. Zas. in Epit. feud. part. 5. n. 40.* Nec Magiſtratus autoritate & decreto accedente res pupillorum in feudum concedere poſſunt. *l. 12 C. de præd minor. Bocer. de inveſt. t. cap. 3. n. 54. Vult. de feud. cap 3. n. 6.* Feuda tamen vetera ſine pupillorum ac minorum præſentia renovare poſſunt, quia per hoc nihil alienatur, ſed quod familiæ alienatum erat, renovatur atq; ex debito confirmatur. *arg. l. magis. §. ſi fundus ff. de reb. eorum qui ſunt ſub tut. Schneid. part. 3. n. 6. Sonsbec. part. 6. n. 28. Duar. de feud. c. 6. Goedd. diſp. feud. 4. th. 2. l. g.* Excipiuntur ab hac regula perſonæ illuſtres, quarum tutores curatores rectè feuda de novo conſtituunt. *Roſenth: c. 3. concluſ. 16. n. 2. & 3. Geil. 2. obſer. 72. n. 9. Tiraquell. de Nobilit. c. 37. n. 41. Gothof. Ant. diſp. feud. 2. th. 5. l b.* quod tamen eo caſu admittendum, quo nimirum tutor & curator eo modo alicui beneficia confert, quo olim Principis pater conferre conſvevit, *Obrecht. diſp. feud. 3. th. 196.* Tunc enim reverà Principis perſonam repræſentare videtur. (c) Hi omnes prohibentur res ſuas adminiſtrare. *§ admonendi Inſt. quib alien: licet vel non. l. 11. ff. de acquir. rer. dom. l. 2. & 3. C. de cur. fur. Roſenthal. cap. 3. concluſ. 15. l. a.* Ergò prohibentur etiam infeudare. *tit. 3. in pr. lib. 2. F.* A quo enim removetur genus, ab eodem removentur omnes ſpecies. *l. fin. C. d. uſur. rei judic.* Prohibentur v. vel naturâ vel jure. Naturâ prohibentur qui judicio carent, ut infans, furioſus, mente captus. *l. in negotiis de R. J.* ut quorum conſenſus nullus eſſe poteſt. *Vult. de feud. c. 3. n. 30.* nec diſcernere queunt, quis feudo dignus vel indignus ſit. *Obrecht. diſp. feud. 3. th. 160.* Ab hac regula verò excipiuntur, muti, ſurdi, cæci, qui non prohibentur vaſallos ſibi acquirere, cùm intellectu non careant. *l 93. §. 1. ff de adquir. vel amitt. hered. Schneidw. part. 3. n. 78. Roſenthal. cap. 3. concluſ. 7.* etiam donare *l. qui id quod. §. multus. ff. de donat.* & omnes contractus, qui verba pro forma non requirunt, celebrare non prohibeantur *l. 124. de R. J. l. 48. ff. de Ob. & Act. Wurmſer. pract. obſer. lib. 1. tit. de tutel. 38. obſ. 5.* Jura-

 roet-

re etiam poſſunt; juramentum n. neceſſariò verba non requirit, ſecundum Cyn. in Auth. Sacramenta puberum. C. ſi adverſ. vendit. *Covarruv. in rubr. de pact. in pr. n. 4.* quos ſequitur *Fachin. lib. 3. controv. c. 8. Weſenb. conſil. 32. n. 16. in fin.* Jure prohibentur ſervi *§. 1. Inſt. per quas perſon. l. 15. ff. quibus ex cauſ. majores,* qui nihil proprij habent *l. 22. de R. J.* Pupilli & minores ratione ætatis *Duar. in comment. feud. cap. 6. num. 10* qui neq; per ſe, nec tutore vel curatore accedente res ſuas in feudum dare poſſunt. *c. 1. de reb. eor. qui ſub tutel. vel cura ſunt. c. un. §. novi per quos fiat inveſtitur. Roſenthal. c. 3. concl. 15.* An autem pupillus & minor abſq; tutoris & curatoris autoritate antiqui feudi renovationem facere poſſint, non perinde expeditum eſt. Affirmantium tamen ſententia tutior eſt, ac de jure noſtro verior, *per c. 1. in pr. per quos fiat inveſtit. 2. F. 3.* ubi nullâ tutoris curatoris factâ mentione permittitur minori feudi antiqui inveſtituræ renovandæ poteſtas. *Obrecht. diſp. feud. 3. th. 215. Vult. lib. 1. Feud. cap. 3. n. 7. Schoner. diſp. feud 2. lib. 1. th. 50. Weſenb. de feud. c. 4. n. 7. Zaſ. in epit. Feud. part. 5. Borch. de feud. c. 5. n. 43.* Ultimo loco quæritur hîc, an etiam hæc prohibitio ad Senes (quod eſt poſt annos 80. ſecundum. *Caſtr. in l. ſenium. C. qui teſtam. facere poſſ.*) ſiquidem in illis viget ſenſus puerilis. At pueri & infantes feudum non poſſunt dare. Ergò nec ſenes. Contrarium tamen verius eſt, quia hi teſtari poſſunt. *d. l ſenium. l ſenectus ibid. Dd. C. de donat.* Ergò. In dubio enim quilibet præſumitur prudens, etiamſi centum annorum ſit. *Paul. de Caſtr. d. loco.*

XIII.

Atq; hactenus de perſonis ad feudi dationem idoneis: Quoniam autem natura prædemonſtrat, ut homines hominum cauſſâ generati ipſi inter ſe aliis proſint, communes utilitates mutatione officiorum in medium afferant, dando accipiendo tum artibus, operâ, facultatibus hominum, inter homines ſocietatem devin-

devinciant: idq; ob mutuam relatorum naturam. Conſequens videtur, ut de iis etiam perſonis, quæ feudum accipere poſſunt, paucula quædam dicamus.

XIV.

De his tenenda eſt concluſio generalis: omnes cujusq; ſexus, ætatis conditionis, ordinis, aut qualitatis, feudi capaces eſſe (a) *tam Clerici* (b) *quam Laici nullâ habitâ ratione perſonarum; an ſuperior ab inferiore, an par à pari, an verò inferior à ſuperiore feudum accipiat.* (c)

(a) *Tit. 3. lib. 2. F. t. 26. §. ſi minori.* Unde ſequitur, quòd feuda quivis accipere poſſit, niſi nominatim prohibeatur. *Duar. in com. Feud. c. 6. n. 13. Moz. de his qui feud dare poſſ. Zaſ. in Epit. Feud. c. 5.* (b) ut ſunt Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates &c. Et ſunt plurimi Dd, qui mordicus defendunt, Clericos etiam ad feuda nova accipienda eſſe inhabiles. Idq; duplici argumento. *ex c. un. de milit. Vaſall. qui armbell. depoſ.* quia ſunt planè inhabiles ad militandum *c. ex multa. §. fin. extr. de devot. redempt.* cùm illorum arma ſint lacrymæ, non tela, *c. clerici c. 23. q. 8.* Atqui feuda plurimum ob militaria ſervitia ſolent conſtitui. Ergò. Non debent n. proceres iſti Eccleſiaſtici confundere & miſcere raſuram cum diademate, cucullum cum toga Regali, gladium oris, cum gladio Nimrodi. *2. arg.* Vaſallus ex inveſtitura domini & parium curiæ juriſdictioni ſubjicitur. *t. 10. 18. §. fin l. 1. F.* Clericus a. juriſdictioni Laicorũ nequit. *c. ſi diligenti. & c. ſignificaſti. extr. de foro compet.* Ergò Clericus inveſtituram & feudum accipere non poteſt. Verùm his & ſimilibus non obſtantibus textus juris feudalis & Canõ. pro Clericis ſtant, ut *tit. 3. verſ. perſonam lib. 2. F. t. 40. §. item ſi Clericus. lib. 2. F. c. ex transmiſſa extr. de for. compet.* quia Laicus ſcienter Clerico feudum concedit, tacitè id egiſſe videtur, ut

Cleri-

Clericus per ſubſtitutum ſerviat: Cum n. ſciebat eum eſſe Clericum, & ſciebat ipſum non debere eſſe in prælio ad pugnandum perſonaliter, & alia facere, quæ non conveniunt Clericis, ſibi hoc imputet, quia qui contrahit cum aliquo, debet ſcire ipſius conditionem. *l. qui cum alio. de. R. J. Borch. de feud. cap. 5. num. 49.* Imò reperiuntur noſtris temporibus etiam bellipotentes Epiſcopi & Clerici, qui magis circa negotia ſecularia, quàm Eccleſiaſtica ſunt occupati, exemplo nobis eſt Epiſcopus ille Ratisbonenſis Leopoldus, qui de ſe ita ſcribit:

Et nobis etiam ſunt fortia pectora bello,
Et nobis nummos qualibet arca dabit.

Verum Epiſcopi, ſi nomine & re Epiſcopi eſſe volunt, populum docere debent, non verò ſeſe occupare ſecularium negotiorum expeditionibus. *Cluten. in Syllog. rer. quotid. concluſ. 8. in pr.* ne ipſis accidat illud, quod *Gerboldo Epiſcopo Moguntin.* XV. Is anno 772. in gratiam Regum Galliæ propriâ ſponte, contra Saxones Turingiam armatâ manu occupantes, cum copiis ſuis profectus eſt, immemor officii & ovilis ſibi commiſſi miſerè à Saxone quodam enſe perfoſſus eſt. Hinc poſteà Saxones tales fecerunt verſus Germanicos:

Biſchoff Gerholt focht mit dem Schwerdt /
Durchs Schwerdt kam er auch ab der Erd /
Drümb jhm viel nützer geweſen wer /
Er wer gen Cohr gangen / dann ins Heer.

P. m. in lect. memor cent. 16. p. 578. II. arg. non obſtat. Nam in feudis ab iſta regula recedimus: ut nimirum ratinoe feudi Clericus coram Laico domino feudi vel paribus Curiæ rectè conveniatur. *Roſcnthal. cap. 12. concl. 1. n. 11.* Etenim feudum ſecundum naturam ſuam conceſſum eſſe intelligitur. Atqui de natura feudi eſt, ut in litibus ſive controverſiis ratione feudi motis inter duos vaſallos dominus judex ſit & eſſe debeat.

beat. *Curt. Jun. in tract. feud. p. 7. n. 3* neq; excipiuntur Clerici. Ergò. *Geil. 1. obſ. 37. & 40. Mynſ. 1. obſ. 22. Hart. Hartm tit. de feud. obſer. 4. Obrecht. diſp. feud. 4. th. 15.* Sic in Imperio noſtro Clerici, qui bona feudalia poſſident, eiq; immediatè ſubſunt, inſtar ſecularium in Camera litem excipere tenentur: quod apud *Gilman in ſymph.* in præjudiciis contra Epiſcop. Colon. Herbipol. & Abbatem Fuldenſem paſſim videre licet. Deindè negamus Clericos eſſe exemtos à Jurisdictione Laicorum *Matth. 20. v. 25. Luc. 22. v. 26. Rom. 13. Arniſæus in tr. de ſubject. & exemt. Clericorum. Joachim. Stephan. de juriſd. lib. 4. c. 2. Lambert. Danæus in politica Chriſtiana lib. 6. c. 3. pag. 402. Thomas Michael. de jurisdict. concl. 10. in fin. David Paræus in com. Epiſt. ad Rom. cap. 13. in pr. dubio 1. D. Hunnius ad Treut. diſp. 12. th. 9.* Sed quid de Monachis dicendum? num & hi ut cæteri Clerici feudum accipiunt? Hæc quæſtio quoad forum Saxonicum ſupervacua eſt, cum etſi monaſteria in ditionibus inclytæ domus Saxoniæ etiamnum ſint ſatis multa, Monachus tamen in omnibus ne unus quidem reperiatur. *Moller. ad conſtit. Elect. p. 3 conſtit. 28. n. 3. Schneidw. ad tit. de Nupt. q. 4. n. 25.* In terris verò Pontific. Monachorum adhuc ingens eſt copia; & plus eorum in Germania quàm muſcarum in Aremenia.

Puto verò quod prodeſſet,
Si in mundo nullus eſſet,
Monachus vel moniales.
Sine Secta Beghinalis.

Sed ne longè abeamus, puto hanc quæſtionem diſtinctione expediri poſſe. Et quidem ſi Monacho contemplatione ſui fuerit feudum datum, quod habet annexam dignitatem, puta, Regnum Ducatus, Comitatus, id non adquiritur Monacho: quia ſcriptũ eſt in divinis elogiis: miles Chriſti ſerviat Chriſto miles ſeculi ſerviat ſeculo *tit. 109 l. 2. F.* nec monaſterio, quia hoc tanti feudi capax eſſe non poteſt. Vix n. debita ſervitia præſtare poteſt. Aut non habet, tunc rectè accipit, qui per ſubſtitutum rem expedire poteſt. Hoc tamen feudum ad vitam monachi apud monaſterium manet, quia hoc feudum

 con-

contemplatione monachi monaſterio fuit acquiſitum, ut
ita monacho extincto extinguatur *Roſenthal. de f: ed. cap. 3. concl.*
4. vult. de feud. cap. 4. num. 9. Rittershuſ. cap. num. 6. (c) Adeò
ut Imper. & Pōtifex ab alis feuda tenere & ſervitia p ſubſtitu-
tum præſtare poßint *D. Hirſchbach. in diſp. feud. 3. th. 27. Ritters-*
huſ. de fd. c. 6. q. 12. Gothofr. Ant. diſp. feud. 2. th. 6. l. d. Arniſæ de jur. ma-
jeſt. c. 5. p. 100. Eo n. ipſo ſuperioris autoritate nihil detrahitur,
ſed tantum ejus cōmodum augetur, *Obrecht. diſſ. feud. 4. th. 19.*
Roſenthal. cap. 3. concluſ. 5. l. . . Zaſ. de feud. part. 7. n. 19. ubi dicit,
quod diverſis reſpectibus poſſit aliquid eſſe minus vel majus
exemplum eſt in Carolo Imper. quem in Camera tanquam
Ducem Auſtriæ conventum fuiſſe & ſibi ipſi his verbis man-
daſſe conſtat Wir Carol von Gottes Gnaden Römi-
ſcher Keyſer entbieten dir Carol Ertzhertzogen von
Oſterreich *Buxtorf. ſup. A. B. cap. 5. concluſ. 64. & Arnold.*
Calpmarius de arcan. rer. publ. lib. 5. c. 6. Et frequentiſſimum
eſt Imperio dicit, *Gail. lib. 1. de Arreſt. imper. cap. 6. n. 10. & 17.*
ut ſuperior à minore feudum accipiat. Ita Carolus V. fuit Va-
ſallus regis Galliæ ratione Flandriæ, Atrebatæ & Henningaw.
Vaſallus item fuit Pontificis Romani nomine Regni Neapo-
litani: Item imperii Romani, nomine Ducatus Mediola-
nenſis & Geldriæ. *Vult de feud. lib. 1. cap. 4. n. 10.* Sic Daniæ
Rex quod ad illud regnum ſummum habet Imperium: quo-
ad Ducatum Holſaliæ Imperio Rom. fidem dare cogitur
Arniſæ de jurib. Majeſt. c. 5. n. 4.

XV.

Et quia Feudiſta nullam diſtinctionem perſonarum fecit, nullum dubium eſt, quin & fœminæ (a) *Procuratores* (b) *Ruſtici* (c) *ſervi* [d] *feuda accipere poſſint.*

(a) Nota ſunt quidem iſta trita de mulieribus; eas illa tacere, quæ ignorant, Nere, flere, nihil facere eſt muliebre

facere

Facetè Bachov. ad Treutl. diſp. 8. p. 1. th. 2. So bald die Weiber regieren/ bedeutet es nichts guts/ man ſchawe nur darauff/ es gehet an ein verderben. Item. Es war ſchon von Gott zuvor beſchloſſen/ daß es zerbrochen ſolt werden/ darumb muſt es zu letzt vff ein Weibesbild fallen. Quanquam enim negari non poſſit, hæc & ſimilia alia in quibuſdam vera eſſe; in aliquibus tamen fallunt, cum non rarò inveniantur etiam fæminæ, quas morum honeſtas mentisq; ſolertia commendat. *l. 2. §. 1. C. de his qui veniat. imp.* ut viros etiam docere queant, & demonſtrare quæ ad utilitatem publicam pertinent. *l. ult. ff. de l. Jul. de annon.* De illis quæritur an feudum accipere poſſint? Et ſanè ſi primævam illam feudorum originem altius repetamus, qua feuda nihil erant, quàm officia Magiſtratuum & clientelæ militares, *Gotofr. Ant. diſp. feud 2. th. 6. in pr. Vult. de feud. cap. 4.* negari non poteſt, ipſas feudorum fuiſſe incapaces Verum id temporis progreſſu latius ſerpſit, & ut res plauſibilis ita vires ſumſit. *Roſenthal. cap. 3. concluſ. 2. num. 1.* ut nunc regula facienda ſit, omnes feuda accipere poſſe, ſunt etiam ad hoc textus feudales expreſſi *tit. 59. lib. 2. Feud. Borch. in comm. Feud. c. 5. n. 44. Schrad. de feud. part 4. cap. 3. num. 7. Schneidvv. p. 3. n. 98. Ant. Cont. de feud. cap. 6.* Sed hæc omnia procedunt tantum in feudi acquiſitione, non autem in feudi ſucceſſione. Quoad hanc non admittitur fæmina regulariter, niſi vocetur ſpecialiter in inveſtitura *1. F. 1. verſ. notandum. 2. F. 26. E. g.* Imperii feuda in Germania regulariter ſunt maſculina: Et deficiente virili proſapia ad imperium revertuntur. *Knich. 1. de inveſtit. pact. cap. 3. à princ. Beſold. claſſ. 1. diſp. 6. th. 35.* Wehnerus in obſerv. pract. in verbo Fuldiſch Lehen. Si verò in tenore inveſtituræ expreſſum fuerit, ut fæminæ etiam ſuccedant, tunc feuda ad fæminas etiã devoluuntur, & hoc privilegio utuntur etiam fæminæ Domus Auſtriacæ. Daß wo die Fürſten des Hauſſes Oſterreich vnerbſam abgiengen/ ſo ſoll dz Hertzogthũb vnd die Landſchafft an ſeine älteſte verlaſſene Tochter

 fallen

ſallen. *Münſter. Goldaſt. tom. 1. conſt. Imper. pag. 86.* Sic Eberhardus Würtenbergenſis Comes in uxorem duxit Henrietam filiam Henrici ultimi Comitis Montisbelgardenſis (qui anno 1395. ad Nicopolim periit) & inde Montbelgardia Illuſtriſſimæ familiæ Würtenbergicæ acceſit *Cruſius annal. Suevic. lib. 6. p. 3. c. 11. Beſold. de Reg. ſucceſſ. lib. 1. differt. 11. num. 16* Eodem modo Ducatus Teccenſis ad Principes Würtenbergenſes pervenit, *Beſold. d. loco. Arniſæus in Polit. ſect. 12. num. 23.* Caveat tamen, is qui hoc pacto ſucceſſionē acquiſivit, ne frena gubernationis à conjuge ſibi eripi patiatur. *Schönborn. lib. 2. cap. 16.* (b) Non minus per alium quàm per nosmetipſos feuda accipi & juramenta fidelitatis præſtari poſſe docet *cap. 3. §. ſed utrum lib. 2. F. prout* videmus inter Principes plerumque hoc fieri. *Roſenthal. ad c. 3. concl. 9. Weſenbec. in epit. feud. in fin. cap. 4. & 5. Borch. de feud. cap. 7. n. 25. Schrad. de feud. part. 5. c. 3. num. 11.* Hoc tamen pleriq; ita limitant, niſi fortè Dominus ſpecialiter Vaſalli pſentiā requirat: Si vult Dominus, ait *Jacob. in verbo quidem inveſtit. num. 12.* per vultum videre vaſallum, quia fortè eum habet ſuſpectum, & vult eum admonere in hoc caſu poteſt eum requirere perſonaliter *Mozzius de ſubſt. feud. num. 16.* In Gallia & præſertim conſuetudine Pariſienſi procurator non admittitur niſi ex juſta cauſa. *Molinæus in conſuet. Pariſ. 4. §. 49. num. 1. & ſeqq.* (c) Etenim ſi ruſticis permiſſum eſt feuda dare multò magis conceſſum erit ipſis feudum accipere, cum non ita diſtinguatur inter perſonam inveſtiti ſicut inter perſonam inveſtientis *tit. 3. §. perſonam lib. 2. F. Roſenthal. cap. 3. concluſ. 2. l. C. textus ad hoc etiam eſt expreſſus in tit. 34. §. 1. verb. cum curia lib. 2. F.* in quo de ruſtico in ſpecie atque nominatim Feudiſta reſpondit feudum cum curia cuicunque etiam ruſtico vendi poſſe. Deindè feuda plerunque obſervitia militaria præſtari ſolent. Ruſticos a-habiles eſſe ad militiam ſcribit *Vegetius lib. 1. de re militar. cap. 3. Zacharias* Fridenreich *in Polit. cap. 15. pag. 133.* nec minus præclara virtutis facta gerere poſſe quàm quisquam alius, ut teſtatur exemplum Lucij Quintii Cincinnati apud Livium *l. 3. decad. 1. Valerius Max. lib. 4. cap. 4.* Sic & primus Bohemiæ Rex ex

aratorer

aratore Princeps factus legitur, ut ex *Ænea Sylvio* refert *Zaſius in Epit. feud. part. 5. num. 29. Dubravius lib. 2. Zacharias* Fridenreich *d. loco cap. 22. pag. 633.* Idem de Piaſto Rege Poloniæ agriculturæ operis occupato dici poteſt *Schönborn. lib. 2. Polit. cap. 2.* Hinc quæritur num ruſticus de feudo inveſtitus fiat nobilis? Ita quidem ſtatuunt FF. communiter. *Sonsbec. de Feud. part. 7. num. 18. Mozzius in tit. de his qui feud. dar. poſſ. Rittershuſ. de feud. cap. 6. q. 12.* Verùm ut ruſticus de feudo inveſtitus fiat nobilis, reqrim⁹, ut feudũ illud conceßũ ſit ab eo q poteſtatẽ & voluntatẽ habeat nobilitandi. *Nill diſp. Feud. 1. th. 8. l. c. Vult. de feud. c 8. n. 8.* Nobilitatis n. dignitas à pſona duntaxat nimirum ab Imperatore, non etiam à re quaquam promanat. *Beſold. in diſp. Pol. claſ. 1. diſp. 11. th. 15.* ſic Feuda etjam ſine nobilitate, & nobilitas ſine feudis dari poſſunt. *Vult. d. loc.* Indeque fieri exiſtimatur, ut interdum aliquis ab Imperatore inveſtiatur de Ducatu aut Comitatu, nec tamen appelletur Dux aut Comes, ſed tantùm poſſeſſor Ducatus aut Comitatus. Ein halber des Fürſtenthumbs / Graffſchafft / etc. *Roſenthal. de feud. c. 2. q. 2. num. 90. Gothofr. Ant. diſp. feud. 1. th. 6. Petrus Fritzz apud Dominicum Arumaeum in diſcurſ. Acad. 16. concluſ. 16.* proptereà *Matthias Stepahni in tr. de Nobilit. c. 5. n. 31.* contigiſſe ait ante paucos annos, cum Baro & Dominus à P. impetraſſet ab Imperatore vacantem Landgraviatum S. & exinde ſe Landgravium nominaſſet, ꝙ idcirco illi à Cæſarea Majeſtate ſeverè ſit inhibitũ, ne deinceps eo titulo utatur. Quid ſi Princepis Imperii ruſticum inveſtiet de feudo quodam non ex regali ſuo feudo, ſed patrimonio ſuo allodiali, nunquid ille inde nobilis efficiatur? Negandum hoc eſſe arbitror cum *Bocer. de inveſt. feud. c. 3. n. 157.* Quia ſolius eſt Imperatoris nobilitare aliquem. *l. 5. ubi Dd. C. de diverſ. reſcript. l. ult. §. viros illuſtres. C. ubi Senatores vel Clariſſimi. l. 3. C. de conſulib. & nonſparg. pec. l. 2. & fin. C. de natal. reſtit. Sixtin. de Regal. c. 2. n. 26. Bodin. de repub. lib. 3. c. 8. n. 355. Gail. 1. obſ. 30. n. 21. Caſſane. in catalog. de gloria mundi p. 8. conſid. 17.* Hinc meritò dicitur nobiliſſimus in *l. quaris ff. de natal. reſtit.* proptereà reſcripta

F 3

ſcripta & privilegia loquentia de nobilibus, de iſtis intelligenda *Paul. Caſtrens. in conſ. 22.* Cæſaris enim eſſe ſcribit *Plinius in panegir.* ut nobiles conſervet & efficiat, quam ſententiam non ſolùm juri magis eſſe conſentaneam aſſerit *Valen. Forſter lib. 8. de ſucceſſ. ab inteſt* ſed & in Germania conſuetudine receptam. *Clariſſ. D. Hunnius in tr. feud. cap. 6. n. 3.* Interim non nego viros illuſtres poſſe in ſuis territoriis aliquem plebeiæ conditionis admittere ad actum quendam à nobilibus duntaxat exerceri ſolitam; adeò ut in illo territorio à ſubditis pro nobile habeatur? Non reſiſtit axioma illud, Principem tantùm poſſe in ſuo ducatu & Principatu, quãtum Imperator in imperio. Ergô, &c. Nam ſi quid eſt veritatis in hoc axiomate, non abſolute ſed cum reſpectu quodam admittendum eſt; ſcilicet quoad conceſſa in illorum Privilegiis, non autem quoad alia, *Nobiliſſimus Dominus Becht. de ſalvo conductu concluſ. 158. Matth. Steph. de Nobilit. Dominus Præſes in Enucl. Donell. lib. 17. cap. 9. H. Ventur. de valent. in Parth. litig. l. 2. c. 5. n. 43.* Aliter Reſp. *Felinus & Jacob in. de S. Georg. in tr. feud. in pr. verb. dubitatur etiam n. 4.* & dicit hoc verum eſſe in ducibus ſingulariter privilegiatis, ut in Sabaudo & Mediolanenſi, in cujus inveſtitura hæc verba reperiri ait: *quod poſſit facere in iſto Ducatu ea, quæ nos & Romani Reges ac Imperatores de plenitudine poteſtatis gerere poſſumus.* Verum quæ ſunt de Reſervatis Principium, illa non veniunt generali conceſſione, etiamſi dicat Imperator, inveſtimus te cum omnibus Regalibus: ſed ſunt ſtrictiſſimæ interpretationis, ut non plus conceſſum eſſe exiſtimetur, quàm quantum in literis conceſſionalibus expreſſum doceatur. *Knich. de jur. territ. c. 1. n. 10. 112. & de pact. inveſt. p. 2. c. 1.* Sic Electores Germaniæ, licet multa habeant privilegia & Regalia, tamen Academias erigere, Nobiles creare, & vectigalia abſq; Imperatoris permiſſu inſtituere non poſſunt, adeò ut ſi contrà fiat, Imperialis Camera à præcepto incipere poſſit, cujuſmodi mãdatum decretum fuit, in cauſa Civitatum Imperialium contra Archiepiſcopũ colonienſẽ, itẽ; contra Ducem Iulaiacenſẽ Anno 1592. 7. Nov. *Roſenthal. in Synops. Jur. feud. c. 5. concl. 13. Magnificus Dom. Præceptor Arumæus ad cap. V. A. B. diſcurs. 5. concl.*

8. in

8. in fin. Sixtin de Regalib. cap. 8. num. 16. Alter de hoc judicant, qui arcana & ſtatum Imperii norunt, *Caſp. Glocken de contub concl. 8.* & quidquid ſit, in quo Princeps Imperatori comparatur, vicarium eſt. *Paul. Buſ. ad l. 21. ff. de donat.* ſeu dependens. *Diſſent.* ab hac quæſt. *Vult. 1. F. 8. n. 80. Herm. Kirchner. in tract. de legat cap. 3. Gothofr. Ant. diſp. feud. 1. th. 6. Roſenth. de feud c. 2. q. num. 9. Pet. Frizze apud D. Arumaeum. in diſcur. publ 16. concluſ. 7.* (d) Modò inveſtitor dominus non ignoret ejus conditionem *tit. 3. §. perſonam verò verſ. nam & ſervus lib. 2. F.* Sunt a. ſervi vel proprii vel alieni: Qui proprius ſit unà libertatem, etiam nullâ ejus factâ mentione conſequitur. *§. ſervus à domino Inſt. de hered. inſtit. l. non minus ff. eodem D. Benedictus Carpzovius in Synops. feud. cap. 4. th. 122. Ruding. lib. 1. var. lect. feud. cap. 22.* Sin verò alienus non ſibi ſed domino acquirit. *l. placet. ff. de aquir. hered. pr. Inſt. per quas perſon. nobis acquir. Rittershuſ. de feud. cap. 6. num. 5.* Noſtri ſeculi ſervi vocantur homines proprii Leibeigene Leute / in quibus hæc diſtinctio locum non habet, quia non ut ſervi olim, quæ acquirunt dominis, ſed ſibi acquirunt & poſſident *Gail lib. 1. pignor. obſ. 8. n. 2.* unde ſequitur illos non aliter quàm ruſticos feuda accipere. *Schoner. in diſp. feud 2. l. 1. th. 55. Goedd. diſp. feud. 4. th. 6. l. d. Obrecht. diſp. feud. 4. th. 150.*

XVI.

Sicut autem nulla amplius in acpipiente feudum ſexus & ſtatus obſervatur differentia, ita quoq; nec ætatis ullum habetur diſcrimen, ſed omnes pariter, cujuscunq; ſunt ætatis [a] *feuda rectè accipiunt, ut ſunt infans,* [b] *impubes* [c] *pubes &c.*

(a) In conceſſione feudi, non conſideratur, an accipiens ſit puer vel adoleſcens, vel firmitatæ vel perfectæ ætatis vel ſenex. *l. un. C. Theodoſ. de his qui ven. ætat. impet. Borch. de feud. c. 5.* (b) Etiamſi ſecurè quidam tradunt, cum nequidem tutore auctore

auctore, ſed ſaltem per tutorem feudum accipere, *per § ſed quod dicimus Inſt. de inutil. ſtipul. l. 51. ſi infanti §. parente verò. C. de jur. de lib.* Contrarium tamen hiſce argum. confirmari exiſtimo. Infans tutore auctore poſſeſſionem acquirere poteſt *l 1. §. 3. ff. de adquir. poſſeſſ. l. 32. §. 1. ff. de acquir. poſſ* furioſus verò non item. Deindè infanti donatarum rerum poſſeſſio tradita acquiritur, ut expreſsè traditur *in l. 3. C. de acquir. poſſ.* At poſſeſſionis acquiſitio animum deſiderat, quod in furioſo non eſt, ſed tamen in infante. Et ſanè quod diverſa ſit ratio furioſi & infantis hinc conſtat, quod in furioſo nec res ſit nec ſpes animi: In infante & ſpes ſit & principium animi ac judicii, licet adhuc debile atque ad actus conſenſu gerendos inſufficiens, ſuppleri tamen poteſt autoritate tutoris *d. l. 32. §. 2. ff. de acq. poſſ.* Quapropter verius videtur, quod hinc dicitur, pupillum judicium non habere, id comparate ſolùm accipiendum eſſe, quod ſcil. non habeat judicium perfectum. Pulchrè hîc *Hũnius in tractat. de pact. c. 3 quæſt. l. 7. Dn. Arumæus in diſp. feud. 3. th. 36. Bocer. de inveſt feud. cap. 3. num. 135. Diſſ. Vult. lib. 1. cap. 4. n. 6. Obrecht. diſp. feud 4. th. 55. & ſeq. Borch. c. 5. n. 46. Mozzius de feud. cap. 3. n. 36. Weſenbec. in comm. feud. c. 5. n. 6.* (c) Quod de infante dictum eſt, idẽ de impubere pubertati proximo, ut & de pubere minorenni ſtatuendum videtur, licet contraria opinio tum communi Interpretum autoritate, tum etiam rationibus ſuis ſit vallata. Nam ubicunq; imminet periculum pupilli, ibi ſine autoritate tutoris nihil facere poteſt, Atqui in tali caſu imminet periculum pupilli: ſiquidem fieri poteſt, ut feudum ſub ejusmodi ſervitiis minori conſtituatur, quorum præſtatio plus ipſum oneret, q̃ feudum emolumentum adferat. Ergò niſi tutore auctore non poteſt accipere feudum. *Hunn. in tr. de feu. cap. 8. p. 139. Diſſent. Schneidewein. Epit. feud. par. 3. n. 100. Bocer. de inveſt. c. 3. n. 137. Roſenthal. de feud. c. 3. concl. 8. n. 3. & 4. Contius. de feud. c. 6. Weſenb. de feud. c. 5. num 5. Duar. c. 6. n. 16. Zaſ. in epit. feud. part. 5. n. 5.* Illud tamen hîc obſervandum eſt, quod fidelitatis juramentum prius præſtare non cogantur quàm cum ad majorem ætatem pervenerint *c. un. §. ſi minori. ſi de feudo defunct. controv.* Tutor a. pupilli etiã poteſt præſtare juramentũ ꝓ pupillo ſi velit, nõ a. cogitur.

Schneid.

Schneidw. p. 3. n. 101. ubi circa prædicta obiter notat: Daß man dem Gebrauch nach den Vormünden ein Bekentniß zuſtellet / daß die empfangung der Lehen jhrem Mündlein ungefehrlichen ſeyn ſolt/bis ſie jhre Mündige Jahr erreichen.

XVII.

Filio quoq; familias feudum quin rectè ab alio (a) *accipiat, nullam dubitationem recipit.* (b) *Veruntamen an patri uſusfructus feudi filiofamilias dati obveniat, non levis eſt inter Dd. concertatio. Negantium ſententia verior eſt.* (c)

(a) Ex generalitate §. *perſonam v. per quas fiat inveſt.* quod quidem ita imitant ſi dominus ſciens filiumfamilias eſſe, ei conceſſerit. *Schrad. de feud. p. 4. c. 3. n. 7 Duar. c. 6. n. 14.* Verùm idem dicendum etiamſi dominus ignoraverit, *Schneid. p. 3. n. 98.* (b) *Borch. c. 5. n. 46. Inteigliol. q. feud. 54. n 47. Schoner. lib: 1. diſp. feud. 2. th. 56.* Etiamſi contemplatione & intuitu patris accepiſſet, *arg. c. 1. de natur feud. ſucceſ. c. un. §. fin. in quibus cauſ. feud amit. Roſenthal. cap. 3. concl. 5.* (c) *Roland. à Valle Conſil. 71. n. 65. & 66. vol. 2.* dicit ab hac ſententia in conſultando & judicando non eſſe recedendum propter rationes & textus F. prægnantes, nam ſi patri concederetur uſusfructus, filiusfamilias vaſallus nihil conſequeretur, quod eſt contra naturam feudi, *c. 1. §. fin. in quib. cauſ. amitt.* ubi definitur feudum ita dari, ut proprietas penes dantem remaneat, uſusfructus verò illius in accipientem tranſeat. Atqui filius accipit feudum. Ergò et uſumfructum. Uſusfructus verò non poteſt conſtitui uſufr. *l. 1. ff. de uſu & uſufr. leg.* Verùm uſus alterius conſtitueretur uſusfructus, ſi feudi, quod uſusfructus eſt. *tit. 23. lib. 2. F.* uſusfructus patri concederetur. Ergò feudi uſusfructus patri adquiri ne-

quit *Treutl. diſp. 16. th. 2. p. 1. ubi Hunn. & Bachov.* ſatis multa argumenta collig. *Clariſs. Dnus Præſes in Enuclea. Donell. lib. 10. cap. 3. not. A. Mynſing. reſponſ. 92. num. 24. Vult. lib. 1. cap. 4. D. Hirschbach. diſp. feud. 3. th. 26. Diſs. Curt. jun. de feud. p. 3. num. 46. Niell. diſp. feud. 2. hr. 5. l. d. Sonsbec. pa. 7. num. 8. Facbin. 7. controv. 77.*

XVIII.

Denique feuda accipere poſſunt, de novo, tàm morbis obnoxii & imbecilles. (a) *Furioſi tamen mente capti & prodigi ab hac regula excipiuntur.* (b)

(a) Ut ſunt muti ſurdi & furioſi, mente capti, & cæci qui omnes ſervitia ſua per ſubſtitutum exhibere poſſunt. *Hart. Piſt. quæſt. jur. lib. 2. p. 2. q. 32. n. 7. Borch. de feud. cap. 5. n. 50. Zaſ. p. 5. n. 66.* poteſt enim dominus gratiam facere cui vult: Et iniquum eſſet ingenuis hominibus non eſſe liberam facultatem diſponendi de rebus ſuis ad arbitrium *l. 2. in fin. ſi quis à parent. fuer. manum.* ſubinfeudare tamen illos nemo poteſt, cùm ſubinfeudatio æquè idoneo fieri debeat. *Roſenth. de feud. c. 5. n. 2.* (b) quia horum nullum eſt judicium, nullus conſenſus, ſed curator illorum nomine accipiet, *arg. l. 5. de R. J.*

XIX.

Verùm enim verò utut regula ſuperior generalis ſit, ſunt tamen quidam, quorum conditio talis eſt, ut ab ea regula excipi debeant. Tales ſunt Hæretici (a) *& Apoſtatæ* (b) *uſurarij* (c) *excommunicati, publico crimine læſæ Majeſtatis damnati* (d) *Monachi Franciſcani & Ciſtercienſes.* (e)

(a) *Nov. 131. cap. 14. cap. ult. extr. de hæret. Borch. cap. 5. n. 53. Roſenthal. cap. 3. concl. 23. Schneid. p. 3. n. 108.* Indigni enim viden-

videntur in quos beneficia conferantur. *Obrecht. diſp. feud 4. th. 44.* Et rectè. Nam hæretici non ſolum bona, quæ habent, ob hæreſin amittunt, ſed & alia acquirere non poſſunt, *l. 4. C. de heret. & Manich.* (b) *l. Apoſtatarum C. de Apoſt.* in quibus nulla fides. Aſt malè fides exigitur ab eo, qui ab omnibus fide carere putatur. *Obrecht. diſp. feud. 4. th. 51.* (c) Quia ad infames referuntur etiam uſurarii *l. 20. C. ex quib. cauſis infam. irrog. Goeld. diſp. feud. 4. th. 8. Roſenth. de feud. c. 3. concl. 23.* (d) *Borch. de feud. c. 5. in fin.* quibus annumerantur etiam deportati, qui juris Civilis beneficiis indigni ſunt. *l. 17. §. item quidam. ff. de pœnis l. 15. ff. de interdict. & releg.* Idem juris eſt in bannitis, quia bannum hodiè in deportationis locum ſucceſſit, *Guid. Papa deciſ. 423. Geil. lib. 2. de pace pub. c. 1. n. 24. l. fin. C. ad L. Jul. Majeſt. l. 9. C. de bon. proſcript.* (e) qui nec feudum Francum accipere poſſunt, *Clem. 1. verbo provida verſ. cumq; annui de V. S. c. recolentes, de ſtatu monach. Rutger Ruland. in tract. de commiſſar. p. 4. lib. 2. c. 17. Schoner diſp. feud 2. lib. 1. th. 67.*

XX.

Ultimo loco hîc non immeritò annectitur quæſtio, an his perſonis quæ feudorum non capaces ſunt liceat etiam accenſere naturales ſive ſpurios (a) *ac legitimatos.* (b)

(a) Naturales in ſtricta ſignificatione ſunt qui ex concubina nati *l. 1. C. de concub. t. tit. de natural. lib. Treutl. p. 2. diſp. 16. th. 3. in pr. dicuntur* & Nothi, & nothos propriè eſſe liberos ex concubina natos, docet *Forſterus lib. 6. de ſucceſſ. cap. 22. n. 2.* vulgò appellantur Baſtardi, quaſi böſer Art. *Borch. de feud. c. 7. n. 17. Schneidw. ad tit. de hered. quæ ab inteſt. p. 397.* interdum etiam vocantur degeneres in *l. ult. in fin. C. de natur. lib.* An iis ſpurii annumerari debeant quæritur, in jure Civili facienda quidem eſt diſtinctio, quia ſpurius propriè dicitur, qui aut vulgò quæſitus *l. 16. §. 1. ff. de his quæ ut indign.* aut ex illicito matrimonio vel adulterio nat⁹ *l. 23. de ſtat. hõ. l. 25. in fin. ff.*

de capt. & poſtlim. reverſ. Hodiè verò generaliter omnes Spurij dicuntur, qui extra matrimonium nati ſunt, ſiquidem concubinatus non amplius ut olim permiſſus ſed expreſſè prohibitus eſt in *conſtit. Imp. Conſtantin. apud Harmenopalum lib. 4. T. 7. c. de concubinat. Imp. Leo in Nov. 91. Nov. 14. vetat* eandem ſanctio Pontificia. *in c. concubina. 32. q. 2.* Et quia de his enumeratis idem eſt judicium, *Menoch. conſ. 18.* quæritur ulterius, an hæ perſonæ poſſint feudum & inveſtituram accipere? Primò omnium diſtinguendum eſt inter feudum, quo vaſallus publico alicui aſtringitur officio, cujuſmodi feudum eſt Ducatus, Marchionatus, Principatus, & Comitatus, & quod annexam habet dignitatem: Et inter illud feudum, quo vaſallus obligatur domino tantùm ad privatum aliquod ſervitium, hoc poſterius omninò in arbitrio domini poſitum eſſe exiſtimò, cum rerum ſuarum ſit moderator & arbiter *tit. 3. § perſonam v. lib. 2. F.* priori modo nunquam potest accipere feudum quod probamus ita. Quandocunq; lis eſt inter dominum & vaſallum de feudo, tunc judicium pertinet ad convaſallos *tit. 16. in pr. tit. 20. in pr. t. 39. §. ſi inter dominum. lib. 2. F. Vult. de feud. lib. 2. cap. 2. n. 2. D. Hunnius in diſp. feud. ult. th. 28.* At tales perſonę, quæ ex vili pellice natæ ſunt, perſonā judicis ſuſtinere non poſſunt *Dd. ad tit. 37. ibi hominem tradendo ut in curia amplius ſtare non poſſit, lib. 2. F.* Ergò nec vaſalli. Minùs enim honorificum eſſet domino paribuſq; Curiæ in ſuo conſortio ſive ſodalitio maculatos natalibus vaſallos habere. *Schenck Baro & Piſtor. 2. quæſt. 40. n. 3. Vult. de feud. lib. 1. c. 9. num. 91. Matth. de Afflict. ad tit. 26. §. naturales lib. 2. F.* Tum etiam, quia Vaſallus omnis domino ſuo à conſiliis eſſe tenetur *tit. 6. verſ. reſtat ut in ſexto lib. 2. F.* At in omni conſiliario requiritur nativitas ex legitimo matrimonio. *Hieronym. Sezer apud Magnif. Dominum. Arumaum in diſcurſ. de conſiliar. th. 171.* quæ non reperitur in ſpurio. Ergò. Tertiò removentur Naturales à dignitatibus, quamvis non negem certis quibuſdam caſib' aliquando ſpurios ad dignitatem promotos fuiſſe, exempla quàm plurima recenſet *Pet. Gregor. de Repub. lib. 7. c. 8.* Doctores tamen creari non poſſunt in Academiis publicè approbatis. *Middendorp. in tr. de Academiis lib. 1. c. 7. Rutger. Ruland.*

land. in tr. de commiſſ. p. 1. lib. 1. c. 2. n. 1. In Academia tamen Tübingenſi illud non obſervari teſtatur *Harppr echt. in tr. crimin. §. injuria n. 241.* Si modò virtute & eruditione ſint conſpicui. Sic nec Aſſeſſores in Camera *Ord. Camer. part. 1. tit. 3.* Atqui feuda talia cum dignitate ſunt conjuncta *t. 13. in fin. tit. 14. in pr. lib. 2. F. Tiraq. de Nobilit. c. 15. n. 17.* Ergò. (b) Si intentionem Legum Imperij fundamentalium, ſi ſummam Principum dignitatem, ſi confuſionem & labem ſangvinis, quam nec matrimonii favor, nec autoritas Majeſtatis eluere poteſt, reſpiciamus. *Arniſæus in Polit. cap. 7. ſect. 14.* dicendum eſt feuda Imperii tales accipere non poſſe, per rationes & argumenta ſuprà adducta. Nec ii ſuccedere poſſunt in feudis, ſive ſint legitimati per reſcriptum Principis vel per ſubſequens matrimonium *per tex. expreſſum §. naturales tit. 26. lib. 2. F. ubi Bachov. contra Treutl. diſp. 2. th. 6. l. f p. 1. Herman. Vult. de feud. lib. 1. c. 9. n. 95.* Nam nuptiæ ſequentes in illuſtribus familiis non extergere queunt omnem maculam, ita ut non immeritò *Baldus* ſemper hîc aliquam cicatricem ſupereſſe dixerit. Et licet vulgò dicatur, quòd fictio tantum operetur in caſu ficto, quantum veritas in caſu vero, id tamen non ſimpliciter, ſed ſecundum quid intelligendum eſt, & ratione effectuum illius juris à quo fictio eſt: Atqui fictio hæc eſt ex jure civili non feudali. Ergò. Et hanc opinionem conſuetudine eſſe approbatam, exemplis declarat *Beſold. de Reg. Succeſſ. lib. 1. diſſert. 9. n. 11.* ubi dicit hodiè in Germania Principes eſſe, qui eandem propter cauſam, minimâ paternæ hereditatis portione vivant contenti. Eveniſſe etiam non ſemel novimus, ut Principes fœminas ignobiles in uxores duxerint. *Bertram de Comitiis theſ. 43.* Hinc dubitatur, an natus ex Principe & plebeia feudum poſſit à ſolo Imperatore accipere, vix admitti hoc poſſe, in terminis (ut loquuntur) terminantibus putarem. Quia omnes vaſalli Imperii vocantur ad Comitia: Atqui talis perſona non habet votum & ſeſſionem in Comitiis. *Beſold. de reg. ſucceſſ. lib. 1. diſſ. 9. Bertram dict. loc.* Ergò nec poterit eſſe vaſallus. Deinde moribus Germanorum nobilitatis non à patre modò ſed & matre profluentis habetur ratio.

Es ſoll vnd muß ein Edelman vier ſchuldig ſeyn/ vnd beweiſen / daß er von vier Väterlichen vnd Mütterlichen Adelichen Ahnen vnd Herkommen ſey. *Author des Turnierbuchs. Munſter. in Coſmograph. lib. 3.* nec ad Eccleſiaſtica Collegia auff die hohen Stifften / recipiuntur. *Bocer. de Regal. c. 2. n. 77.* Cur ergò deterioris conditionis eſſent Principes Imperii in ſublimiori dignitatis gradu conſtituti quàm nobiles. Generatim idcirco ab inferioribus & dignitate ſtatuq; ſuo matrimoniis indignis omnino abſtinere debent Familiæ illuſtres. *l. 1. C. de Natur. lib. Nov. 98.*

Deo ſit Laus honor & gloria.

AD

AD PRÆSTANTISSIMUM DOMINUM JOHANNEM WOLFFIUM DE jure publico publicè diſſerentem, σύσσιτον & amicum ſuum:

WOLFFI præclari ſoboles p̃clara parentis
Quàm felix hęc eſt ſtudiis añexa Salanis
Clauſula! quod docto proponis lem̃ata
Ingenio atq; eadẽ ꝓpugnas ore diſerto. (docta
Illuſtris Princeps, Badenſis Marchio & Heros
Marchio qui nulli Procerum *pietate* ſecundus
Marchio qui nulli Procerum *virtute* ſecundus
Relligionis amans & flagrantiſſimus æqui
Hanc operam ſtudiumq; tum pol frõte ſerenâ
Suſcipiens digno penſabit honore labores.

Johan. Gerhard, D.

Non eſt quod doleas defunctum Heilbrunna *parentem*
Wolfiaden, *format nam tibi* Jena *parem.*
Defunctus genitor rellecti in imagine vivit,
Et ſpeculum patris filius eſſe poteſt.
Diſquirit juvenis quis feudum *acquirere poſſit*
Materies gravibus ſat gravis iſta viris.

Addebas

Honoris & amoris ergò

Johann. Himmelius Pomer.
Th. D. & P. P.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

FINIS.